ex Prophetis poterunt ab eo, qui diligenter versatus fuerit in sanctis libris: veluti quod sagittam electam, & servum Dei, & lucem gentium seipsum appellat, Esaia dicente: *Ex utero matris meæ vocavit me nomine meo, & posuit os meum quasi gladium acutum, & sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit me quasi sagittam electam, & in pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: Servus meus es tu Israel, & in te glorificabor.* Et post pauca: *Deus meus erit fortitudo mea. Et dixit mihi: Magnum tibi est, ut voceris servus meus, & suscites tribus Jacob, & dispersionem Israelis convertas. Ecce posui te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ.* Sed & in Jeremia ita seipsum agno assimilat: *Ego sicut agnus innocens, qui ducitur ad sacrificandum.* Hæc itaque & his similia seipsum appellat. Porro innumera vocabula, tum apud Evangelia, tum apud Apostolos, tum apud Prophetas colligas licebit, quibus filius Dei appellari gaudet: videlicet vel iis, qui Evangelia scripserunt, quid de ipso sentirent exponentibus, vel Apostolis ex his, quæ didicerant ipsum glorificantibus, vel Prophetis ipsius futurum adventum præcinentibus, & res illius variis nominibus efferentibus. Veluti Joannes agnum Dei ipsum prædicat, dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi:* virum vero his, quæ sequuntur: *Hic est, de quo dicebam: Post me vir venit, qui ante me factus est; quoniam prior me erat: & ego nesciebam eum,* Sane in Catholica Epistola Joannes illum appellat advocatum animarum ad Patrem, dicens: *Si quis peccaverit, advocatum apud Patrem habemus Jesum Christum justum.* Subjungit etiam, quod sit reconciliatio pro peccatis nostris; ad cujus similitudinem Paulus appellat eum reconciliatorem, dicens: *Quem proposuit Deus reconciliatorem per fidem in sanguine ipsius, propter remissionem præteritorum peccatorum, quæ Deus toleravit.* Ad hæc prædicatus est etiam a Paulo, sapientia & po-

νοτων ἁμαρτηματων ἐν τῃ ἀνοχῃ τϐ θεϐ. κεκηρυκται δε κατα τον Παυλον σοφια εἶναι και δυναμις θεϐ, ὡς ἐν τῃ προς Κορινθιϐς ὁτι Χριστος δυναμις ἐστι και θεϐ σοφια. προς τϐτοις ὁτι και ἁγιασμος ἐστι και ἀπολυτρωσις· ὁς ἐγενηθη γαρ, φησι, σοφια ἡμιν ἀπο θεϐ, δικαιοσυνη τε, και ἁγιασμὸς, και ἀπολυτρωσις. ἀλλα και ἀρχιερεα μεγαν διδασκει ἡμας αὐτον τυγχανειν προς Εβραιοὺς γραφων, ἐχοντες ὀυν ἀρχιερεα μεγαν, διεληλυθοτα τϐς ὀρανϐς, Ιησϐυν τον υἱον τϐ Θεϐ, κρατωμεν της ὁμολογιας. οἱ δε προφηται παρα ταυτα και ἑτεροις ὀνομασιν αὐτον καλϐσιν· ὁ μεν Ιακωβ ἐν τῃ προς τϐς υἱϐς ἐυλογιᾳ, Ιϐδαν· το γαρ· Ιϐδα σε αἰνεσαισαν οἱ ἀδελφοι σϐ, αἱ χειρες σϐ ἐπι νωτϐ των ἐχθρων σϐ· σκυμνος λεοντος Ιϐδα· ἐκ βλαστϐ, υἱε μϐ, ἀνεβης. ἀναπεσων ἐκοιμηθη ὡς λεων, και ὡς σκυμνος. τις ἐγερει αὐτον; ϐ κατα τον ἐνεστηκοτα δε καιρον ἐστι προς λεξιν παραστησαι πως τα τῳ Ιϐδᾳ λεγωμενα περι Χριστϐ ἐστιν. ἀλλα και ἀνθυποφορα ἐυλογως ἐπενεχθηναι δυναμενη, ϐκ ἐκλειψει ἀρχων ἐξ Ιϐδα, και ἡγϐμενος ἐκ των μηρων αὐτϐ, ἑως ἀν ἐλθῃ ᾧ ἀποκειται, ἐν ἀλλοις ἐυκαιροτερον λυθησεται. οἰδε δε τον Χριστον Ιακωβ και Ισραηλ ὀνομαζομενον Ησαϊας λεγων· Ιακωβ ὁ παις μϐ, ἀντιληψομαι αὐτϐ, Ισραηλ ὁ ἐκλεκτος μϐ, προσεδεξατο αὐτον ἡ ψυχη μϐ. κρισιν τοις ἐθνεσιν ἀπαγγελει. ϐκ ἐρισει, ϐδε κραξει, ϐδε ἀκϐσει τις ἐν ταις πλατειαις την φωνην αὐτϐ· καλαμον συντετριμμενον ϐ κατεαξει, και λινον τυφομενον ϐ σβεσει, ἑως ἀν ἐκβαλῃ ἐκ νικους την κρισιν, και τῳ ὀνοματι αὐτϐ ἐθνη ἐλπιϐσιν. ὁτι γαρ ὁ Χριστος ἐστι περι ϐ ταυτα προφητευεται, σαφως ὁ Ματθαιος δηλοι ἐν τῳ ἐυαγγελιῳ μνησθεις ἀπο μερους της περικοπης, ἐιπον· ἱνα πληρωθῃ το ἐιρημενον· ϐκ ἐρισει, ϐδε κραξει, και τα ἑξης. καλειται δε και Δαβιδ ὁ Χριστος, ὡς ἐπαν Ιεζεκιηλ προφητευσας προς τϐς ποιμενας ἐπιφερῃ ἐκ προσωπϐ Θεϐ· ἀναστησω Δαβιδ τον παιδα μϐ, ὁς ποίμανει αὐτϐς. ϐ γαρ Δαβιδ ὁ πατριαρχης ἀναστησεται ποιμαινειν μελλων τους ἁγιους, ἀλλα Χριστος. ἐτι δε ὁ Ησαϊας ραβδον

και

tentia Dei esse, ut in Corinthiorum Epistola, quando dicit: *Christus est Dei potentia & sapientia.* Quod etiam sanctificatio sit, & redemptio: *Factus est*, inquit, *sapientia nobis a Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio.* Quinetiam Sacerdotem magnum eundem esse docet nos ad Hebræos scribens: *Habentes ergo sacerdotem magnum, qui pertransivit cœlos, Jesum filium Dei, teneamus confessionem.* Prophetæ etiam præter hæc diversis eum nominibus appellant: Jacob quidem in ea benedictione, qua in liberos usus est, Judam nominat: *Juda*, inquit, *laudabunt te fratres tui: manus tua super dorsum inimicorum tuorum. Catulus leonis Juda: ex germine, fili mi, ascendisti: recumbens dormisti ut leo, & ut leonis catulus. Quis excitabit illum?* Cæterum præsentis non est temporis singulis immorari, ostendendo quomodo, quæ de Juda dici videntur, Christo conveniant. Atque etiam objectio, quæ jure inferri posset, scilicet: *Non deficiet princeps de Juda, & dux de femoribus ejus, donec venerit cui repositum est.* Alias commodius solvetur. Esaias etiam novit ipsum Christum, appellari Jacob, & Israel, dicens: *Jacob dilectus meus auxiliabor ei: Israel electus meus, suscepit illum anima mea. Judicium gentibus nuntiabit: non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus. Calamum contritum non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec projecerit ex contentione judicium, & in nomine ejus gentes sperabunt.* Quod enim hæc de Christo Prophetæ nuntient, palam Matthæus ostendit in Evangelio, ex parte mutila citans, & dicens: *Ut impleretur quod dictum est per Prophetam: Non contendet, & non clamabit:* & quæ sequuntur. Vocatur etiam David Christus: veluti quando Ezechiel prophetans ad pastores subjungit ex persona Dei: *Excitabo David servum meum, qui reget eos.* Non enim David patriarcha exsurget recturus sanctos; sed Christus. Ad hæc virgam, &

 florem

και ἀνθιος ὀνομαζειν τον Χριςον ἐν τῳ· ἐξελευσεται ῥαβδος ἐκ της ῥιζης Ιεσσαι, και ἀνθος ἐκ της ῥιζης ἀναβησεται, και ἐπαναπαυσεται ἐπ᾽ αὐτον πνευμα του θεου, πνευμα σοφιας και συνεσεως, πνευμα βȣλης και ἰσχυος, πνευμα γνωσεως και ἐυσεβειας, και ἐμπλησει αὐτον πνευμα φοβȣ θεȣ. και λιθος δε ἐν τοις ψαλμοις ὁ κυριος ἡμων εἰναι λεγεται ȣ̔τως· λιθον ὁν ἀπεδοκιμασαν οἱ οἰκοδομουντες, ȣ̔τος ἐγενηθη εἰς κεφαλην γωνιας. παρα κυριȣ εγενετο αὐτη, και ἐςι θαυμαςη ἐν ὀφθαλμοις ἡμων. δηλοι δε το ἐυαγγελιον, και ἐν ταις πραξεσιν ὁ Λȣκας, ȣ̓κ ἀλλον ἡ τον Χριςον εἰναι τον λιθον· το μεν ἐυαγγελιον ȣ̔τως· ȣ̓δεποτε ἀνεγνωτε, λιθος ὁν ἀπεδοκιμασαν οἱ οἰκοδομουντες, ȣ̔τος ἐγενηθη εἰς κεφαλην γωνιας; πας ὁ πεσων ἐπι τον λιθον τȣτον σὺνθλασθησεται· ἐφ᾽ ὁν δ᾽ ἀν πεσῃ λικμησει αὐτον. ἐν δε ταις πραξεσιν ὁ Λȣκας γραφει· ȣ̔τος ἐςιν ὁ λιθος ὁ ἐξȣδενωθεις ὑφ᾽ ὑμων των οἰκοδομων ὁ γενομενος εἰς κεφαλην γωνιας. ἐν δε των ἐπι τȣ σωτηρος τεταγμενων ὀνοματων, ἀλλα ȣ̓κ ὑπ᾽ αὐτȣ λεγομενον, ὑπο δε τȣ̃ Ιωαννȣ̃ ἀναγεγραμμενον ἐςι και ὁ ἐν ἀρχῃ λογος προς τον θεον Θεος λογος. καὶ ἐςιν ἀξιον ἐπιςησαι τοις τα τοσαυτα των ὀνομαζομενων παραπεμπομενοις, και τȣτῳ ὡς ἐξαιρετῳ χρωμενοις, και παλιν ἐπικειμενον μεν διηγησιν ζητȣσιν, εἰ τις αὐτοις προσαγοι αὐτα, ἐπι δε τȣτῳ, ὡς σαφες προσιεμενοις το, τι ποτε ἐςιν ὁ υἱος τȣ θεȣ λογος ὀνομαζομενος, και μαλιςα ἐπει συνεχως χρωνται τῳ ἐξηρευξατο ἡ καρδια μου λογον ἀγαθον, οἰομενοι προφοραν πατρικην οἱονει ἐν συλλαβαις κειμενην εἰναι τον υἱον τȣ θεȣ, και κατα τȣτο ὑποςασιν αὐτῳ, εἰ ἀκριβως αὐτων πυνθανοιμεθα, ȣ̓ διδοασιν, ȣ̓δε ȣ̓σιαν αὐτȣ σαφηνιζȣσιν, ȣ̓δεπω φαμεν τοιονδε, ἡ τοιανδε, ἀλλ᾽ ὁπως ποτε ȣ̓σιαν. λογον γαρ ἀπαγγελλομενον υἱον εἰναι νοηται, και τῳ τυχοντι ἐςιν ἀμηχανον. και λογον τοιȣτον ζωντα και ἡτοι ȣ̓ κεχωρισμενον τȣ πατρος, και κατα τȣτο τῳ μη ὑφεςαναι ȣ̓δε

υἱον

florem appellat Christum Esaias his verbis: *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus cognitionis & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Dei.* Jam lapis etiam dicitur Dominus noster, ita in Psalmis: *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: a Domino factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris.* Declarat autem Evangelium, & Lucas in Actis non alium esse lapidem, quam Christum: Evangelium quidem sic: *Nunquam legistis: Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Omnis, qui ceciderit super lapidem hunc, conteretur; super quem vero ceciderit, conteret eum.* In Actis vero Lucas scribit: *Hic est lapis ille, qui rejectus est a vobis ædificantibus, qui factus est caput anguli.* Cum igitur Verbum illud, quod erat in principio, Verbum, inquam, Deus apud Deum, unum sit ex nominibus Servatori attributis, nec tamen ab ipso dictum, sed a Joanne scriptum, operæ pretium fuerit instare iis, qui tot a nobis enumerata nomina prætermittentes, hoc solo Verbi vocabulo ceu præcipuo utuntur: rursus eorum interpretationem, si qua quis protulerit, requirentes, & hoc unum Verbi vocabulum admittentes: tanquam liqueat, quid sit filius Dei, Verbum nuncupatus, idque tum maxime quod continue utantur hoc dicto: *Eructavit cor meum verbum bonum:* existimantes filium Dei paternam prolationem esse tanquam in syllabis positam: & idcirco hypostasin, & subsistentiam illi, si accurate ipsos interrogemus, non tribuentes, neque essentiam ejus explanantes, nondum dicimus talem, vel talem, sed quomodocunque essentiam. Verbum enim pronuntiatum intelligere vel vulgaris quivis potest: at renuntient nobis & proferant Verbum tale per se vivere, quod vel non sit separatum a Patre, & hac

υἱὸν τυγχανοντα, ἡ και κεχωρισμενον και ὀυσιωμενον, ἀπαγγελλετωσαν ἡμιν θεον λογον. λεκτεον ὀυν ὁτι ὡσπερ καθ' ἑκαςον των προειρημενων ὀνοματων ἀπο της ὀνομασιας ἀναπτυκτεον την ἐννοιαν τυ ὀνομαζομενυ, και ἐφαρμοςεον μετα ἀποδειξεως πως ὁ υἱος τυ Θευ τυτο το ὀνομα εἰναι λεγεται, ὑτως και ἐπι τυ λογον αὐτον ὀνομαζεσθαι ποιητεον. τις γαρ ἡ ἀποκληρωσις ἐφ' ἑνος μεν ἑκαςυ μη ἱςασθαι ἐπι της λεξεως, ἀλλα φερε εἰπειν ζητειν πως φωτον ἐκδεκτεον θυραν, και τινα τροπον, ἀμπελον, τινα τε αἰτιαν, ὁδον, ἐπι δε μονυ τυ λογου αὐτον ἀναγεγραφθαι, το παραπλησιον ὐ ποιητεον; ἱνα τοινυν μαλλον δυσωπητικωτερον παραδεξωμεθα τα λεχθησομενα εἰς τα περι τυ πως λογος ἐςιν ὁ υἱος τυ Θευ, ἀρκτεον ἀπο των ἐξ ἀρχης ἡμιν προτεθεντων ὀνοματων αὐτυ. και ὁτι μεν δοξει τισι σφοδρα παρεκβατικον εἰναι το τοιυτον ὐκ ἀγνουμεν· πλην ἐπιςησαντι και προς το προκειμενον χρησιμον ἐςαι το βασανιςαι τας ἐννοιας, καθ' ὡν τα ὀνοματα κειται, και προοδου των ἐπιφερομενων ὑπαρξει ἡ κατανοησις των πραγματων. ἁπαξ δε εἰς την περι τυ σωτηρος θεολογιαν ἐμπεσοντες, ἀναγκαιως ὁση δυναμις τα περι αὐτυ μετα ἐρευνης ἐυρισκοντες, πληρεςερον αὐτον ὐ μονον ἡ λογος ἐςι νοησομεν, ἀλλα και τα λοιπα.

Ελεγεν ὀυν ἑαυτον εἰναι φως τυ κοσμυ, και τα παρακειμενα ταυτῃ τῃ ὀνομασια συνεξεταςεον, δοξαντα ἀν τισιν ὐχι παρακειμενα μονον, ἀλλα και τα αὐτα τυγχανειν. ἐςι δε το φως το ἀληθινον, και φως ἐθνων.

etiam ratione neque ſubſiſtat, neque ſit Filius; vel quod ſit ſeparatum, & ſubſtantiam habeat Deus Verbum. Itaque dicendum eſt non ſecus a nobis fieri debere, cum vocabulo Verbi ille nuncupatur, atque facimus ſingillatim in nominibus prædictis, cum ex proprietate nominis explicamus intelligentiam rei nominatæ, cumque certas rationes adaptamus ad explicandum quomodo filius Dei hoc, vel illo nomine nuncupetur. Quæ enim eſt hæc privata iſtorum electio, non inſiſtere in ſingulis quibusque ſpectando vim vocabuli: ſed, ut ita dicam, cum quæſierint quomodo oſtium, quomodo vitem, quanam etiam de cauſa intelligere debeamus eum eſſe viam, idem ſolum non facere, cum audis eum dici in Scripturis Verbum? Ut ergo diligentius ac reverentius aſſequamur ea, quæ dicturi ſumus in ea, qua de agitur, diſputatione, ſcilicet quomodo filius Dei dicatur eſſe Verbum, a nominibus ipſius, nobis a principio propoſitis, incipiamus neceſſe eſt. Nec ignoramus fore aliquos, quibus ejusmodi digreſſio major, quam pro rei neceſſitate eſſe videatur: attamen animum adhibenti rei, qua de agitur, non parum utile fuerit explorare ſenſa, de quibus nomina ponuntur, quorum etiam conſideratio utilis erit ad res, quæ ſubſequuntur. Proinde cum ſemel in theologiam de Servatore inciderimus, invenientes, diligentia adhibita, quæ de illo feruntur, neceſſario non tantum eum ea parte conſiderabimus, qua λογος (id eſt Verbum, & ratio) dicitur: ſed etiam plenius, & uberius, pro virili noſtra, reliqua vocabula quibus appellatur, tractabimus.

24. Cum ergo dixerit ſeipſum lucem mundi; etiam proxima, & ſimilia huic voci, quæ quibusdam fortaſſe, non tantum proxima & ſimilia, ſed etiam eadem videbuntur eſſe, examinabimus. Itaque lux eſt hominum, lux eſt vera, lux eſt denique gentium.

 Quod

φως μεν ανθρωπων εν τη τε προκειμενε ευαγγελιε αρχη, ὁ γεγονε γαρ, φησιν, εν αυτω ζωη ην, και ἡ ζωη ην το Φως των ανθρωπων, και το φως εν τη σκοτια φαινει, και ἡ σκοτια αυτο ε κατελαβε· φως δε αληθινον εν τοις εξης της αυτης γραφης επιγεγραπται· ην το φως αληθινον, ὁ φωτιζει παντα ανθρωπον ερχομενον εις τον κοσμον. φως δε εθνων εν τω Ησαϊα ὡς προειπομεν παρατιθεμενοι το· ιδε τεθεικα σε εις φως εθνων, του ειναι σε εις σωτηριαν ἑως εσχατε της γης. φως δε κοσμε αιθητον ὁ ἡλιος εςι, και μετα τετον εκ απαδοντως ἡ σεληνη, και οἱ αςερες τω αυτω ονοματι προσαγορευθησονται· αλλα φως μεν αιθητον τυγχανοντες οἱ γεγονεναι παρα Μωσει λεγομενοι τη τεταρτη ἡμερα, καθο φωτιζεσι τα επι γης, εκ εισι φως αληθινον· ὁ δε σωτηρ ελλαμπων τοις λογικοις, και ἡγεμονικοις, ἱνα αυτων ὁ νες τα ιδια ὁρατα βλεπη, του νοντου κοσμου εςι φως· λεγω δε των λογικων ψυχων των εν τω αιθητικω κοσμω, και ει τι παρα ταυτα συμπληροι τον κοσμον, αφ' ε ὁ σωτηρ ειναι ἡμας διδασκει· ταχα μερος αυτε το κυριωτα τον και διαφερον τυγχανων, και ὡς εςιν ειπειν ἡλιος ἡμερας μεγαλης κυριε ποιητης. δι' ἡν ἡμεραν φησι τοις τε φωτος αυτε μεταλαμβανεσιν· εργαζεσθε ἑως ἡμερα εςιν· ερχεται νυξ, ὁτε εκετι εδεις δυναται εργαζεσθαι· ὁταν εν τω κοσμω ὡ, φως ειμι τε κοσμε. επει δε και τοις μαθηταις φησιν, ὑμεις εςε το φως τε κοσμε, και· λαμψατω το φως ὑμων εμπροσθεν των ανθρωπων· το δ' αναλογον σεληνη και αςροις ὑπολαμβανομεν ειναι περι την νυμφην εκκλεσιαν, και τες μαθητας εχοντας οικειον φως, ἡ απο τε αληθινε ἡλιε επικτητον, ἱνα φωτισωσι μη δεδυνημενες πηγην εν αυτοις κατασκευασαι φωτως. οἱον Παυλον μεν και Πετρον Φως ερουμεν τε κοσμε· τες δε τυχοντας των παρ' αυτοις μαθητευομενων, φωτιζομενες μεν, ε μην φωτιζειν ἑτερους δυνα-

Quod sit lux hominum, Evangelii, cujus instituitur nunc a nobis interpretatio, initium testatur, dicens: *Quod factum est, in ipso vita erat: & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non apprehenderunt.* Quod etiam sit lux vera, ejusdem Evangelii verba declarant, quæ mox subnectuntur: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.* Lux vero gentium ab Esaia appellatur, sicut prædiximus, illud illius testimonium proferentes: *Ecce posui te in lucem gentium, ut sis salus mea ab extremis terræ.* Cæterum lux mundi sub sensum cadens sol est. Post hunc non inconcinne etiam luna, ac denique reliquæ stellæ eodem nomine nuncupabuntur. Lux sub sensum cadens cum hæc sint, eo quod terrestria illuminant, dicta apud Mosem quarto die facta fuisse, haud tamen lux sunt vera. At vero Servator noster illucescens his, qui rationis sunt capaces, præstantissimis animarum eorum partibus, ut ipsorum mens propria aspectabilia cernat, intelligibilis mundi lux est: nimirum animarum rationis capacium in hoc mundo sensibili existentium; & si quid præter hæc mundum complet: ex quo Servator noster esse nos docet. Fortasse ipse illius præcellens, præstantissimaque pars existens, ut ita dicam, sol, qui faciat diem Domini magnum, cujus diei causa ad eos dicit, qui lucis suæ participes erant: Operamini *dum dies est; veniet nox, quando nullus postea potest operari: quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.* Quoniam vero discipulis etiam dicit: *Vos estis lux mundi:* &: *Luceat lux vestra coram hominibus:* non secus atque lunam, & astra, lucere existimamus sponsam Ecclesiam, & discipulos qui propriam lucem habent, & ab illo vero sole mutuatam, ut luceant illis, qui lucis fontem in se præparare non possunt. Verbi gratia, Paulum quidem, & Petrum dicimus lucem mundi; vulgares vero, vel ipsorum discipulos, qui illuminentur quidem, haud tamen illu-

δυναμεως, τον κοσμον, ȣ κοσμȣ φως οἱ ἀποςολοι ἦσαν. ὁ δὲ σωτηρ φως ὢν τȣ κοσμȣ φοτιζει, ȣ σωματα, ἀλλα ἀσωματῳ δυναμει τον ἀσωματον νουν, ἱνα ὡς ὑπο ἡλιȣ ἑκαςος ἡμων φωτιζομενος, και τα αλλα δυνηθῃ βλεπειν νοητα. ὡσπερ δε ἡλιȣ φωτιζοντος ἀμαυρουται το δυνασθαι φωτιζειν σεληνην και ἀςερας, ȣτως οἱ ἐλλαμπομενοι ὑπο Χριςȣ και τας αὐγας αὐτȣ κεχωρηκοτες, ȣδεν τινων διακονȣμενων ἀποςολων και προφητων δεονται, τολμητεον γαρ λεγειν την ἀληθειαν, ȣδε ἀγγελων, προσθησω δε ὁτι ὐδε των κρειττονων δυναμεων αὐτῳ τῳ πρωτογεννητῳ μαθητευομενοι φωτι. τοις δε μη χορȣσι τας ἡλιακας Χριςȣ ἀκτινας οἱ ἁγιοι διακονȣντες παρεχȣσι φωτισμον πολλῳ τȣ προειρημενȣ ἐλαττονα μογις και τȣτον χωρειν δυναμενοις, και ὑπ᾽ αὐτȣ πληρȣμενοις. ἐςι δε ὁ Χριςος φως τυγχανων κοσμȣ, φως ἀληθινον προς ἀντιδιαςολην αἰσθητȣ, ȣδενος αἰσθητȣ ὀντος ἀληθινȣ. ἀλλ᾽ ȣχι ἐπει ȣκ ἀληθινον το αἰσθητον, ψευδος το αἰσθητον· δυναται γαρ ἀναλογιαν ἐχειν το αἰσθητον προς το νοητον, ȣ μην το ψευδος ὑγιως παντος κατηγορεισθαι τȣ ȣκ ἀληθινȣ. ζητω δε εἰ ταυτον ἐςι το φως τȣ κοσμȣ τȣ φωτι των ἀνθρωπων, και ἡγȣμαι πλειονα δυναμιν παριςασθαι τȣ φωτος, ὁτε Φως τȣ κοσμȣ προσαγορευεται, ἡπερ φως των ἀνθρωπων· ὁ γαρ κοσμος κατα μιαν ἐκδοχην, ȣ μονον ἀνθρωποι. και παραςησει το πλειον ἡ ἑτερον εἰναι τον κοσμον παρατȣς ἀνθρωπȣς ὁ Παυλος προς Κορινθιȣς προτερα λεγων, θεατρον ἐγενηθημεν τῳ κοσμῳ και ἀγγελοις και ἀνθρωποις. ἐπιςησον δε εἰ κατα μιαν ἐκδοχην κοσμος ἐςιν ἡ ἐλευθερομενη κτισις ἀπο της δȣλειας της Φθορας εἰς την ἐλευθεριαν της δοξης των τεκνων τȣ θεȣ, ἧς ἡ ἀποκαρ-

illuminare alios possint, mundum: cujus mundi lux fuere Apostoli. At vero Servator lux existens mundi, non corpora, sed incorpoream mentem incorporea potentia illuminat, ut tanquam a sole illuminatus unusquisque nostrum videre alia etiam intelligibilia possit. Ut autem sole illucescente vis illa lunæ & stellarum illuminandi obscuratur; sic hi, qui a Christo illustrantur, quique splendores illius perceperunt, nullam operam desiderant aliquorum administrantium Apostolorum, vel Prophetarum, ac ne Angelorum quidem: audendum enim est veritatem dicere: proinde addam, neque præstantissimarum virtutum eos indigere, quos ipsa primigenia lux edocuerit. Porro iis, qui minime solares Christi radios capere valent, Sancti ipsi ministrantes lucem præbent, sed ea, quam prædiximus longe inferiorem; cum vix alioqui hanc parvam ipsi capere valeant mox ab ipsa pleni. Est autem Christus lux mundi: est & lux vera ad ejus lucis differentiam, quæ sensu percipitur; cum nihil quod sensu percipiatur sit verum, nec tamen quia quod sensu percipitur non est verum, idcirco falsum est; nam potest comparationem proportionemque habere, quod sensu percipitur ad illud, quod animo cernitur, rationeque comprehenditur, cum interim sane recteque de omni non vero non prædicetur falsum. Quæro autem an idem sit lux mundi, & lux hominum. Ac meum quidem judicium est majorem tunc lucis vim exhiberi, cum appellatur lux mundi, quam quando lux hominum. Nam mundus juxta unum sensum, non tantum homines. Et Paulus in priore ad Corinthios Epistola majus quiddam esse, vel etiam diversum ab hominibus mundum hunc astruit dicens: *Theatrum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.* Proinde observa an juxta unum sensum mundus sit creatura illa, quæ liberanda dicitur ab interitus servitute in libertatem gloriæ filiorum Dei,

cujus

ἀποκαραδοκια την ἀποκαλυψιν των υἱων τȣ θεȣ ἀπεκδεχεται. ἐπισησον δε προσεθηκαμεν, δια το παρακεισθαι το δυναμενον το· ἐγω φως εἰμι τȣ κοσμȣ, συνεξεταζεσθαι ἐπι των μαθητων ὑπο Ιησȣ λεγομενον, ὑμεις ἐςε το φως τȣ κοσμȣ. εἰσι γαρ ὑπολαμβανοντες μειζονας εἰναι τȣς ἀνθρωπȣς τȣς τῳ Ιησȣ γνησιως μεμαθητευμενȣς των ἀλλων κτισματων, οἱ μεν φυσει τοιȣτȣς γεγενημενȣς, οἱ δε και ἐν λογῳ τῳ κατα τον χαλεπωτερον ἀγωνα. πλειȣς γαρ οἱ πονοι, και ἐπισφαλης ἡ ζωη των ἐν σαρκι και αἱματι παρα τȣς ἐν αἰθεριῳ σωματι· ȣ̓κ ἀν των ἐν ȣ̓ρανῳ φωςηρων ἐν τῳ ἀναλαβειν τα γηϊνα σωματα ἀκινδυνως και παντως ἀναμαρτητως διανυσαντων την ἐνταυθα ζωην. οἱ δε τῳ λογῳ τȣτῳ παριςαμενοι τα μεγιςα περι ἀνθρωπων, ἀποφαινομεναις χρησονται λεξεσι των γραφων το ἀνυπερθετον της ἐπαγγελιας ὁτι τον ἀνθρωπον φθανει φασκȣσαις· ȣ̓ μην ταυτον τȣτο και περι της κτισεως, ἡ ὡς ἐδεξαμεθα κοσμȣ ἀπαγγελλȣσαις· το γαρ δε· ὡς ἐγω και συ ἐν ἐσμεν, ἱνα και αὐτοι ἐν ἡμιν ἐν ὠσι, και· ὁπȣ εἰμι ἐγω, ἐκει και ὁ διακονος ὁ ἐμος ἐςαι, σαφως περι ἀνθρωπων ἀναγεγραπται· περι δε της κτισεως ὁτι ἐλευθερουται ἀπο της δȣλειας της φθορας εἰς την ἐλευθεριαν της δοξης των τεκνων τȣ θεȣ, και προσθησȣσιν ὁτι ȣ̓χι εἰ ἐλευθερουται, ἠδη και κοινωνει της δοξης των τεκνων τȣ θεȣ. ȣ̓κ ἀποσιωπησȣσι δε ȣ̓τοι και το τον πρωτοτοκον πασης κτισεως δια την προς τον ἀνθρωπον ὑπερ παντα τιμην ἀνθρωπον μεν γεγονεναι, ȣ̓ μην ζωον τι των ἐν ȣ̓ρανῳ. ἀλλα και δευτερον και διακονον και δȣλον της γνωσεως Ιησȣ, τον ἐν τῃ ἀνατολῃ φανεντα ἀςερα δεδημιȣργησθαι, ἠτοι ὁμοιον ὀντα τοις λοιποις ἀςροις, ἡ ταχα και κρειττονα, ἀτε τȣ παντων διαφεροντος γενομενον σημειον. και εἰ τα καυχηματα των ἁγιων ἐςιν ἐν θλιψεσιν, εἰδοτων ὁτι ἡ θλιψις ὑπομονην κατεργαζεται, ἡ δε ὑπομονη δοκιμην, ἡ δε δοκιμη ἐλπιδα, ἡ δε ἐλπις ȣ̓ καται-

σχυνει·

cujus vehemens desiderium revelationem filiorum Dei exspectat. Observa autem addidimus, quod in medium producta fuerint ea verba: *Ego sum lux mundi*, quæ possunt etiam de discipulis intelligi, cum eis quoque Jesus dixerit: *Vos estis lux mundi.* Siquidem sunt qui suspicantur præstantiores aliis creaturis eos esse homines, qui ab ipso Jesu sincere edocti fuerint. Quorum alii quidem hos homines natura, alii vero ratione, quæ in actione difficiliori versatur, tales existere affirmant; majores enim labores majoraque vitæ pericula, qui carne ac sanguine constant habere, quam qui æthereo corpore. Nam neque lumina cœlestia dicunt corpora terrena si suscepissent, a periculis omnino, & a peccando immunia præsentem vitam trasactura. Cui etiam rationi, qui favent Scripturarum quarumdam testimoniis enuntiantibus maxima de hominibus, supervenientiamque promissionis ad hominem pertinere dicentibus, usuri sunt: cum tamen hoc ipsum de creatura, vel, ut intelleximus, de mundo testimonia hæc non promittant. Illud enim: *Ut ego, & tu unum sumus, ut & ipsi in nobis unum sint*: &: *Ubi ego sum, illic erit & minister meus*, aperte de hominibus scriptum est; de creatura vero, quod liberatur ab interitus corruptione in libertatem gloriæ filiorum Dei. Etiam addent, non si liberatur jam etiam participem esse filiorum Dei gloriæ. Non silebunt autem etiam isti, primogenitum omnis creaturæ, pro eo honore, quo hominem præter cætera prosequebatur, hominem factum, non animal aliquod cœleste. Quin etiam rursus addunt ministram & servam cognitionis Jesu stellam, quæ in Oriente apparuit, creatam fuisse, vel similem reliquis astris, vel fortasse etiam præstantiorem, quippe quæ omnium præstantissimum designaret. Quod si gloriationes sanctorum sunt in afflictionibus, qui *sciunt afflictionem parere patientiam, patientiam vero probationem*, probationem

vero

σχυνει· ετε υπομονην, ετε δοκιμην, ετε ελπιδα εξει ἡ μη τεθλιμμενη κτισις την ισην, αλλα ετεραν, επει τη ματαιοτητι ἡ κτισις υπεταγη εχ εκεσα, αλλα δια τον υποταξαντα επ᾽ ελπιδι. ὁ δε μη τολμων τα τηλικαυτα τω ανθρωπω κατακεχαρισθαι αλλοσε, χωρησας τω δεληματι φησει τη ματαιοτητι την κτισιν υποτασσομενην θλιβεσθαι μαλλον ςεναζεσαν ἡ οἱ οντες εν τω σκηνει ςεναζεσιν, ατε και πλειςον οσον χρονον και πολλαπλασιονα τε ανθρωπινε αγωνος τη ματαιοτητι δουλευεσαν. δια τι γαρ εχ εκεσα τετο ποιει, ἡ οτι παρα φυσιν εςιν αυτη τη ματαιοτητι υποτεταχθαι και μη την προηγεμενην ελειν της ζωης καταςασιν; ἡν απολη ψεται ελευθερεμενη εν τη τε κοσμε φθορα και της των σωματων ματαιοτητος απολεμενη. αλλ᾽ επει πλειονα και ε κατα το προκειμενον προβλημα δοκεμεν ειρηκεναι, επανελευσομεθα επι το εξ αρχης, υπομιμνησκοντες δια τι φως τε κοσμε ὁ σωτηρ λεγεται, και φως αληθινον, και φως των ανθρωπων. αποδεδοται μεν γαρ οτι δια το φως τε κοσμε το αισθητον λεγεται φως αληθινον, και οτι ητοι ταυτον εςι το φως τε κοσμε τω φωτι των ανθρωπων, ἡ επιδεχεται εξετασιν ὡς ταυτον. αναγκαιως δε δια τες μηδεν εξειληφοτας εκ τε λογον ειναι τον σωτηρα ταυτα ηρευνηται, ἱνα πειθωμεθα μη κατα αποκληρωσιν ιςασθαι μεν επι της λογος εννοιας, και προσηκοι τω χορις μεταληψεως της δυναμενης μεταλαμβανεσθαι, αναγειν δε και αλληγορειν την, φως τε κοσμε, φωνην, και τα λοιπα των πολλων ἁ παρεθεμεθα.

Ωσπερ δε παρα το φωτιζειν και καταλαμπειν τα ἡγεμονικα των ανθρωπων, ἡ απαξαπλως των λογικων, φως εςιν ανθρωπων, και φως αληθινον, και φως του κοσμε· ετως εκ του δια του ενεργειθαι την αποθεσιν

πασης

vero spem, spem autem non confundere; neque patientiam, neque probationem habebit non afflicta creatura æqualem, sed diversam: *Quoniam vanitati creatura subjecta est non volens, sed propter eum, qui subjecit illam sub spe.* Cæterum qui non in animum inducit suum talia homini beneficia collata fuisse, alio voluntate tendens dicet creaturam, quæ vanitati suspirans subjacet, affligi magis, quam hos qui suspirant in hoc tabernaculo: quippe quæ tempore quamplurimo, idque cum multiplicatione, serviat humani certaminis vanitati. Quare enim nolens hoc facit, nisi quod vanitati subjectam esse, & non habere præcipuum vitæ statum sit contra ejus naturam? quem quidem statum, quia in mundi interitu, & in interitu vanitatis corporum liberatur, & solvitur, recepturа est. Verum enimvero quoniam plura, quam quæ conveniant propositæ disputationi, videmur disseruisse, redeamus unde digressa erat oratio, memoria repetentes, qua de causa tum lux mundi, tum lux vera, tum denique lux hominum Servator dicatur. Explicatum est ergo eum lucem veram appellari, propter lucem mundi sensibilem: vel quod idem sit esse lucem mundi, & lucem hominum; vel in disputationem cadat, sit nec ne idem. Quæ necessario nobis investigata sunt propter eos, qui nihil commentati sunt, quare Servator diceretur Verbum: quo persuasum haberemus nos non ex præfinitione stare debere in solius vocabuli hujus, Verbum, intelligentia, cum minus sit decens, ut hoc vocabulum per translationem non exponatur, cum anagogice atque allegorice exponamus illud lumen mundi, atque multa alia, quæ in medium protulimus.

25. Ut autem eo, quod illuminet illustretque hominum mentes, vel generatim omnium, qui rationis sunt capaces, lux est hominum, & lux vera, & lux mundi: sic eo, quod auctor sit omnis mortalitatis

πασης νεκροτητος, και ἐμφυεσθαι την κυριως καλεμενην ζωην ἐκ νεκρων ἀνισαμενων των αὐτον γνησιως κεχωρηκοτων καλειται ἡ ἀνασασις. τετο δε ἐ μονον ἐπι τε παραντος ἐνεργει τοις δυναμενοις λεγειν, συνεταφημεν τῳ Χριςῳ δια τε βαπτισματος, και συνανεςημεν αὐτῳ· ἀλλα πολλῳ μαλλον ὁτε ἀκρως πασαν τις ἀποθεμενος νεκροτητα, ἐν τῃ αὐτε τε υἱε καινοτητι ζωης περιπατει· την νεκρωσιν τε Ιησε ἐν τῳ σωματι παντοτε ἐνταυθα περιφερομεν, ὁτε ἀξιολογως ὠφελημεθα, ἱνα ἡ ζωη τε Ιησε ἐν τοις σωμασιν ἡμων φανερωθῃ.

Ἀλλα και ἡ ἐν σοφιᾳ πορεια, και πρακτικη τῶν σωζομενων ἐν αὐτῳ γινομενη κατα τας περι ἀληθειας ἐν λογῳ θειῳ διεξοδες, και πραξεις τας κατα την ἀληθη δικαιοσυνην, παριςησιν ἡμιν νοειν πως αὐτος ἐςιν ἡ ὁδος, ἐφ' ἡν ὁδον ἐδεν αἱρειν δει, ἐτε πηραν, ἐτε ἱματιον, ἀλλ' ἐδε ῥαβδον ἐχοντα ὁδευειν χρη, ἐδε ἐποδηματα ὑποδεδεσθαι κατα τες ποδας. αὐταρκης γαρ ἐςι παντος ἐφοδιε αὐτη ἡ ὁδος, και ἀνενδεης τυγχανει πας ὁ ταυτης ἐπιβαινων, κεκοσμημενος ἐνδυματι ᾧ πρεπει κεκοσμησθαι τον ἐπι την κλησιν τε γαμε ἀπιοντα, ἐδενος τε χαλεπε δυναμενε ἀπαντησαι κατα ταυτην την ὁδον. ἀμηχανον γαρ ὁδες ὀφεως ἐπι πετρας εὑρειν, κατα τον Σαλομωντα, φημι δ' ἐγω ὁτι και ἐδεποτε θηριε· διο ἐδε χρεια ῥαβδε ἐν ὁδῳ, ἐδε ἰχνη των ἐναντιων ἐχεσῃ, και ἀνεπιδεκτῳ δια το ςερρον, διοπερ και πετρα λεγεται, των χειρονων τυγχανεσῃ.

Αληθεια δε ὁ μονογενης ἐςι παντα ἐμπεριειληφως τον περι των ὁλων κατα το βουλημα τε πατρος μετα πασης τρανοτητος λογον, και ἑκαςῳ κατα την ἀξιαν αὐτε ἡ ἀληθεια ἐςι μεταδιδες. ἐαν δε τις ζητῃ εἰ παν ὁτιποτε ἐγνωσμενον ὑπο τε πατρος κατα το βαθος τε

deponendæ, ingenerandique eam, quam proprie vocamus vitam, resurgentibus ex mortuis iis, qui eum sincere receperint, appellatur resurrectio. Hoc autem non modo in præsentia in his operatur, qui valent dicere: *Consepulti sumus cum Christo per baptismum*, cumque eo simul resurreximus: sed etiam multo magis cum prorsus omni deposita mortalitate, aliquis in novitate vitæ ipsius Filii ambulat: *Mortalitatem* vero *Jesu semper in corpore*, dum hic degimus, *circumferimus*, quando magnum fructum cepimus, *Ut vita Jesu in corporibus nostris manifestetur.*

26. Quin etiam via, quæ est in sapientia, & quæ vim habet efficiendi eos, qui per eam salutem adipiscuntur secundum explicationes de veritate in divino verbo, & actiones existentes in vera justitia, nobis intelligendum præbet, quomodo Christus via dicatur, in quam viam nihil gestare debet, neque peram, neque pallium, ac ne baculum quidem, vel calceos, quibus induat pedes iter facturus. Sufficiens enim per se est hæc via ad omnia suppeditanda itineri necessaria, nullaque re omnino indiget quisquis hanc ingreditur, ornatus eo vestimento, quo ornatum esse eum decet, qui invitatus vadit ad nuptias, cum nulla res molesta possit in hac via occurrere. Facile enim factu non est, teste Salomone, ut serpentis, &, ut ego arbitror, cujusvis etiam feræ vias inveniat quis supra petram. Quare nihil opus est baculo in via hac, quæ tantum abest, ut contrariorum vestigia habeat, ut ne illorum quidem, quæ mala sunt, ob soliditatem, unde etiam petra dicitur, sit capax.

27. Porro Unigenitus veritas est, omnem omnium rerum juxta Patris voluntatem cum omni claritate rationem in se complectens, atque unicuique in quantum est veritas pro illius dignitate & merito distribuens. Quod si quis inquirat, num omne, quod tandem cognitum est Patri juxta profunditatem, &

πλȣτȣ και της σοφιας και της γνωσεως αὐτȣ, ἐπιςαται ὁ σωτηρ ἡμων, και φαντασια τȣ δοξαζειν τον πατερα ἀποφαινηται τινα γινωσκομενα ὑπο τȣ πατρος ἀγνοεισθαι ὑπο τȣ υἱου, διαρκȣντος ἐξισωθηναι ταις καταληψεσι τȣ ἀγεννητȣ θεȣ· ἐπιςατεον αὐτον ἐκ τȣ ἀληθειαν εἰναι τον σωτηρα, και προσακτεον ὁτι εἰ ὁλοκληρος ἐςιν ἡ ἀληθεια, ȣ̓δεν ἀληθες ἀγνοει, ἱνα μη σκαζῃ λειπȣσα ἡ ἀληθεια οἷς ȣ̓ γινωσκει, κατ᾽ ἐκεινȣς, τυγχανȣσιν ἐν μονῳ τῳ πατρι, ἡ δεικνυτω τις ὁτι ἐςιν ἁ γινωσκομενα της ἀληθειας προσηγοριας ȣ̓ τυγχανοντα, ἀλλα ὑπερ αὐτην ὀντα.

Σαφες δε ὁτι κυριως της εἰλικρινȣς και ἀμιγȣς προς τι ἑτερον ζωης ἡ ἀρχη ἐν τῳ πρωτοτοκῳ πασης κτισεως τυγχανει· ἀφ᾽ ἡς οἱ μετοχοι του Χριςȣ λαμβανοντες την ἀληθως ζωσι ζωην, των παρ᾽ αὐτην νομιζομενων ζην ὡσπερ ȣ̓κ ἐχοντων το ἀληθινον φως, ȣ̔τως ȣ̓δε το ἀληθινον ζην.

Και ἐπει ἐν τῳ πατρι ȣ̓κ ἐςι γενεσθαι ἡ παρα τῳ πατρι, μη φθασαντα, πρωτον κατωθεν ἀναβαινοντα, ἐπι την τȣ υἱου θεοτητα, δι᾽ ἡς τις χειραγωγηθηναι δυναται και ἐπι την πατρικην μακαριοτητα, θυρα ὁ σωτηρ ἀναγεγραπται· φιλανθρωπος δε ὠν, και την ὁπωσποτε ἐπι το βελτιον ἀποδεχομενος των ψυχων ῥοπην, των ἐπι τον λογον μη σπευδοντων, ἀλλα δικην προβατων ȣ̓κ ἐξητασμενον, ἀλλα ἀλογον το ἡμερον και πραον ἐχοντων, ποιμην γινεται· ἀνθρωπȣς γαρ και κτηνη σωζει ὁ κυριος· και ὁ Ισραηλ δε και ὁ Ιȣδας σπειρεται σπερμα ȣ̓ μονον ἀνθρωπων, ἀλλα και κτηνων.

Προς τȣτοις ἐπισκοπητεον ἐξ ἀρχης την Χριςος προσηγοριαν, και προσληπτεον την βασιλευς ἱνα τη παραθεσει ἡ διαφορα νοηθῃ. λεγεται δε ἐν τῳ μδ᾽ ψαλμῳ· ὁ ἠγαπηκως την δικαιοσυνην, και ἀνομιαν μεμισηκως παρα

τȣς

divitiarum, & ſapientiæ, & cognitionis ejus, Servator noſter ſciat, & cauſa glorificandi Patrem, quædam a Patre cognita eſſe dicat, quæ Filius ignoret, cum alioqui poſſit ex æquo perinde atque ingenitus Deus apprehenſiones prehendere; ſciendum eſt Servatorem ipſum, quia ſit veritas, nihil veri ignorare, idque tum maxime adjungendum eſt, ſolida ſi eſt veritas, ne claudicet veritas diminuta cognitione eorum, quæ ſunt in ſolo Patre, ut iſti tradunt: vel oſtendat aliquis, quædam eſſe, quæ cognoſcuntur, quæ veritatis appellatione nuncupari non poſſunt, ſed ſupra ipſam veritatem ſita ſunt.

28. Cæterum perſpicuum eſt principium fontemque vitæ ſincerioris ac purioris, atque a mixtione cujuſcumque rei alienæ, proprie in primogenito omnis creaturæ exiſtere, a qua qui Chriſti ſunt participes ſumentes, veram vivunt vitam; cum hi, qui præter ipſum vivere exiſtimantur, ut veram lucem non habent, ita ne veram quidem vivant vitam.

29. Quoniam vero in Patre vel apud Patrem non licet eſſe ei: qui primum ab imo aſcendendo non pervenerit ad Filii divinitatem, per quam quis manu duci poteſt etiam ad paternam, oſtium Salvator inſcriptus eſt: generis autem humani amans cum ſit, & qualemcumque animorum ad meliorem frugem inclinationem admittat, eorum, qui ad λογον (id eſt ad rationem) non feſtinant, oviumque inſtar non exquiſitam, ſed irrationalem manſuetudinem, & lenitatem habent, paſtor efficitur: *Homines enim, & jumenta ſervat Dominus.* Quin & Iſrael, & Judas nedum hominum, ſed etiam jumentorum ſemen ſeminat.

30. Ad hæc a principio conſiderandum eſt Chriſti vocabulum, adjuncto etiam vocabulo regis, ut comparatione quid differant intelligatur. Cum itaque in quarto hic & quadrageſimo pſalmo dicatur, amans juſtitiæ, & oſor iniquitatis, præ participibus, ob talem

τυς μετοχυς, αἰτιαν τυ κεχρισθαι το ὑτω δικαιοσυνην προσεληλυθεναι, ἐσχηκεναι, και την ἀνομιαν μεμισηκεναι, ὡς ὐχ ἁμα τῳ εἰναι, την χρισιν συνυπαρχουσαν και συγκτηθεισαν λαβων, ἡτις χρισις βασιλειας ἐπι γεννητοις ἐςι συμβαλον, ἐσθ᾽ ὁτε δε και ἱερωσυνης, ἀρ᾽ ὀυν ἐπιγεννητη ἐςιν ἡ τυ υἱου τυ θευ βασιλεια, και ὐ συμφυης αὐτῳ; και πως οἰονται τον πρωτοτοκον πασης κτισεως, ὐκ ὀντα βασιλεα ὑςερον βασιλεα γεγονεναι, δια το ἠγαπηκεναι δικαιοσυνην, και ταυτα τυγχανοντα δικαιοσυνην; μηποτε δε λανθανει ἡμας ὁ μεν ἀνθρωπος αὐτυ Χριςος ὠν, κατα την ψυχην δια το ἀνθρωπινον και τεταραγμενην, και περιλυπον γεγενημενην μαλιςα νουμενος, ὁ δε βασιλευς κατα το θειον. παραμυθυμαι δε τυτο ἐξ ἑβδομηκοςυ πρωτυ ψαλμυ λεγοντος· ὁ θεος το κριμα συ τῳ βασιλει δος, και την δικαιοσυνην συ τῳ υἱῳ τυ βασιλεως, κρινειν τον λαον συ ἐν δικαιοσυνῃ, και τυς πτωχυς συ ἐν κρισει· σαφως γαρ εἰς Σαλομωντα ἐπιγεγραμμενος ὁ ψαλμος περι Χριςου προφητευεται, και ἀξιον ἰδειν τινι βασιλει το κριμα ἐυχεται δοθηναι ὑπο θευ ἡ προφητεια, και τινι υἱῳ βασιλεως, και ποιυ βασιλεως την δικαιοσυνην· ἡγυμαι ὀυν βασιλεα μεν λεγεσθαι την προηγυμενην τυ πρωτοτοκυ πασης κτισεως φυσιν, ᾗ διδοται δια το ὑπερεχειν το κρινειν· τον δε ἀνθρωπον ὁν ἀνειληφεν, ὑπ᾽ ἐκεινης μορφυμενον κατα δικαιοσυνην και ἐκτυπυμενον, υἱον τυ βασιλεως, και προσαγομαι εἰς το τουθ᾽ ὑτως ἐχειν παραδεξασθαι, ἀπο τυ εἰς ἑνα λογον συνηχθαι ἀμφοτερα, και τα ἐπιφερομενα, ὐκετι ὡς περι δυο τινων ἀπαγγελλεσθαι, ἀλλ᾽ ὡς περι ἑνος. πεποιηκε γαρ ὁ σωτηρ τα ἀμφοτερα ἐν, κατα την ἀπαρχην των γινομενων ἀμφοτερων ἐν ἑαυτῳ προ παντων ποιησας· ἀμφοτερων δε λεγω και ἐπι των ἀνθρωπων, ἐφ᾽ ὠν ἀνακεκραται τῳ ἁγιῳ πνευματι ἡ ἑκαςυ ψυχη, και γεγονεν ἑκαςος των σω-

ζομενων

erga justitiam amorem, ergaque iniquitatem odium, promeruisse ut ungeretur, tanquam non simul cum esse, unctionem existentem concreatamque acceperit; quæ unctio regni interdumque etiam sacerdotii mortalibus est signum: censebis tu mortale filii Dei regnum esse, nec simul cum eo natum? Atqui qui fieri potest, ut primogenitus omnis creaturæ rex efficeretur, cum id antea non haberet? & idcirco quia justitiam dilexerit, cum sit ipsa justitia? Verum hauduquaquam nos latere debet, vocabulum Christi ad eam naturam, qua est homo, præcipue pertinere; juxta quam etiam anima ipsius dicitur turbata, & pertristis fuisse; vocabulum vero regis referri ad divinitatem; id quod ex primo & septuagesimo psalmo confirmare licet, dicente: *Deus judicium tuum regi da, & justitiam tuam filio regis, ut judicet populum tuum in justitia, & pauperes tuos in judicio;* aperte enim Salomoni inscriptus hic psalmus de Christo prophetat: operæque pretium est videre, cui regi optet a Deo Propheta judicium dari, & cui filio regis, & cujus regis justitiam. Meum itaque est judicium, præcipuam primogeniti totius creaturæ naturam, cui ob præstantiam datum sit judicium, regem dici; filium vero regis, eum quem assumpsit hominem, ab illa formatum & effigiatum secundum justitiam. Quam rem sic se habere ut credam, adducor ex eo, quod sub unam & eamdem rationem contractum sint utrumque: & quod, quæ dicuntur, non tanquam de duobus quibusdam, sed tanquam de uno enuntientur. Nam *fecit* Servator *utraque unum*, cum eorum, quæ fiunt utraque unum, primitias in seipso ante omnia fecisset. Vocem autem, *utraque*, refero ad homines etiam illos, qui permixtam Spiritu sancto habentes animam, spirituales effecti servantur. Ut igitur aliquos cernere est, quibus Christus est pastor, sicuti prædiximus, propter suam ipsorum mansuetudinem & firmitatem,

ζομένων πνευματικος. ὥσπερ ὀυν ἐισι τινες ποιμαινομενοι ὑπο Χριςȣ, δια το σφων αὐτων, ὡς προειρηκαμεν, πραον μεν και ἐυςαθες, ἀλογωτερον δε· ὑτω και βασιλευομενοι οἱ κατα λογικωτερον προσιεναι τῃ θεοσεβειᾳ· και βασιλευομενων διαφοραι, ἤτοι μυςικωτερον και ἀποῤῥητοτερον και θεοπρεπεςερον βασιλευομενων, ἢ ὑποδεεςερον. και ἐιποιμ᾽ ἀν τȣς μεν τεθεωρηκοτας τα ἐξω σωματων, καλουμενα παρα τῳ Παυλῳ ἀορατα και μη βλεπομενα, ἐξω παντος αἰσθητου λογῳ γεγενημενους, βασιλευομενȣς ὑπο της προηγȣμενης φυσεως τȣ μονογενȣς: τȣς δε μεχρι τȣ περι των αἰσθητων λογȣ ἐφθακοτας, και δια τȣτων δοξαζοντας τον πεποιηκοτα και αὐτȣς ὑπο λογȣ βασιλευομενȣς, ὑπο τȣ Χριςȣ βασιλευεσθαι· μηδεις δε προσκοπτετω διακρινοντων ἡμων τας ἐν τῳ σωτηρι ἐπινοιας, ὀιομενος και τῃ ὑσιᾳ ταυτον ἡμας ποιειν.

Πανυ δε και τοις τυχȣσιν σαφες, πως ἐςι διδασκαλος και σαφηνιςης των εἰς ἐυσεβειαν συντεινοντων ὁ κυριος ἡμων, και κυριος δȣλων των ἐχοντων πνευμα δȣλειας εἰς φοβον, προκοπτοντων, και ἐπι την σοφιαν σπευδοντων, και ταυτης ἀξιȣμενων· ἐπει ὁ δȣλος οὐκ οἰδε τι θελει ὁ κυριος αὐτȣ, οὐ μενει κυριος, γινομενος αὐτων φιλος, και αὐτος τȣτο διδασκει, ὁπου μεν ἐτι δȣλοι ὑπηρχον οἱ ἀκροωμενοι, φασκων· ὑμεις φωνειτε με ὁ διδασκαλος, και ὁ κυριος. και καλως λεγετε, εἰμι γαρ, ὁπου δε ὐκετι ὑμας λεγω δȣλους, ὁτι ὁ δȣλος ὐκ οἰδε τι το θελημα τȣ κυριȣ αὐτȣ, ἀλλ᾽ ἐγω ὑμας φιλȣς λεγω, ὁτι διαμεμενηκατε μετ᾽ ἐμȣ ἐν πασι τοις πειρασμοις μου: οἱ ὀυν κατα φοβον βιȣντες, ὁν ἀπαιτει ἀπο των ὐ καλων δȣλων ὁ θεος, ὡς ἀνεγνωμεν ἐν τῳ Μαλαχιᾳ· εἰ κυριος εἰμι ἐγω, πȣ ἐςιν ὁ φοβος μȣ; δουλοι τυγχανουσι κυριου του σωτηρος αὐτων καλουμενου.

Αλλα

quæ ineſt in irrationali parte animæ: ſic etiam aliquos videas, quibus rex ſit ipſe Chriſtus, ob eam animæ partem, quæ rationis magis eſt capax, per quam accedunt ad Dei cultum. Quorum quidem regem habentium ſunt differentiæ, regnante in illis rege, vel magis ſecundum myſticam, & arcanam rationem, arcanius ac divinius vel imperfectius. Ex quo dixerim ego in illis, qui eousque ratione pervenerunt, ut contemplati fuerint ea, quæ corporea non ſunt, & a Paulo vocantur *inviſibilia*, & quæ oculis non cernuntur, præcipuam Unigeniti regnare naturam; in iis vero, qui rationem etiam attigerunt rerum earum, quæ ſenſu percipi poſſunt, & ex hisce rebus glorificant eum, qui fecit, ut etiam ipſi ſub regno rationis ſint, ipſum Chriſtum regnare. Neque vero offendatur ullus, ſeparantibus nobis, quæ ſunt in Servatore, ſignificationes, idem exiſtimans etiam in ſubſtantia ipſius nos facere.

31. Vel vulgaribus vero quibusque admodum etiam patebit quomodo Dominus noſter, magiſter ſit, & explanator his, qui contendunt ad pietatem, ac Dominus ſervorum illorum, qui *ſpiritum ſervitutis habent ad timorem:* qui ſi proficiant, & ad ſapientiam ſummo ſtudio contendant, etiam hac digni habentur: *Quoniam ſervus neſcit, quid velit dominus ipſius*, nec amplius autem permanet Dominus, factus illorum amicus, id quod ipſe docet, cum adhuc ſervi erant ipſius auditores; dicens: *Vos vocatis me magiſtrum ac dominum, & bene dicitis, ſum etenim*; alibi vero: *Poſthac, non dico vos ſervos, quia ſervus neſcit, quæ ſit voluntas domini ſui: ſed dico vos amicos*, quoniam *permanſiſtis mecum in omnibus tribulationibus meis.* Qui ergo in timore vivunt, quem exigit Deus a ſervis non bonis, ut legimus in Malachia: *Si Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus?* ſervi ſunt Domini, qui illorum vocatur Servator.

Αλλα δια τετων παντων οὐ σαφως ἡ ἐυγενεια παριςαται τε υἱε· ὁτε δε το· υἱος με εἰ συ, ἐγω σημερον γεγεννηκα σε, λεγεται προς αὐτον ὑπο τε θεε· ᾧ ἀει ἐςι το σημερον, ἐκ ἐνι γαρ ἑσπερα θεε, ἐγω δε ἡγουμαι ὁτι ἐδε πρωια, ἀλλ᾽ ὁ συμπαρεκτεινον τῃ ἀγεννητῳ και ἀϊδιῳ αὐτε ζωῃ, ἱν᾽ ἐτως ἐιπω, χρονος, ἡμερα ἐςιν αὐτῳ σημερον, ἐν ᾑ γεγεννηται ὁ υἱος· ἀρχης γενεσεως αὐτε ἐτως ἐχ ἐυρισκομενης, ὡς ἐδε της ἡμερας.

Προσθετεον τοις εἰρημενοις πως ἐςιν ὁ υἱος ἀληθινη ἀμπελος. τετο δε δηλον ἐςαι τοις συνιεισιν ἀξιως χαριτος προφητικης το· οἰνος ἐυφραινει καρδιαν ἀνθρωπε. εἰ γαρ ἡ καρδια το διανοητικον ἐςι, το δε ἐυφραινον αὐτο ὁ ποτιμωτατος ἐςι λογος, ἐξιςων ἀπο των ἀνθρωπικων, και ἐνθεσιαν ποιων, και μεθυειν μεθην ἐκ ἀλογιςον, ἀλλα θειαν, ἡν οἰμαι και Ιωσηφ τους ἀδελφους μεθυειν ποιει, ἐυλογως ὁ τον ἐυφραινοντα καρδιαν ἀνθρωπε οἰνον φερων ἀμπελος ἐςιν ἀληθινη· δια τετο ἀληθινη, ἐπει βοτρυς ἐχει την ἀληθειαν, και κληματα τες μαθητας, μιμητας αὐτε, και αὐτες καρποφορεντας την ἀληθειαν. ἐργον δε διαφοραν παραςησαι ἀρτε και ἀμπελε, ἐπει ἐ μονον ἀμπελος, ἀλλα και ἀρτος ζωης εἰναι φησιν. ὁρα δε μηποτε ὡσπερ ὁ ἀρτος τρεφει, και ἰσχυροποιει, και ςηριζειν λεγεται καρδιαν ἀνθρωπου, ὁ δε οἰνος ἡδει και ἐυφραινει και διαχει· ἐτως τα μεν ἠθικα μαθηματα, ζωην περιποιεντα τῳ μανθανοντι, και πραττοντι, ἀρτος ἐςι της ζωης, ἐκ ἀν ταυτα γεννηματα λεγοιτο της ἀμπελε· και ἐυφραινοντα, και ἐνθετιαν ποιεντα, ἀποῤῥητα και μυςικα θεωρηματα κατατρυφωσι τε κυριε ἐγγινομενα, και ἐ μονον τρεφεσθαι, ἀλλα και τρυφαν ποθεσιν, ἐςιν ἀπο της ἀληθινης ἀμπελε ἐρχομενα οἰνος καλεμενα.

Γρος

32. Attamen nec his omnibus manifeste Filii nobilitas declatur, sed tum, cum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, dicitur ad illum a Deo, cui semper est hodie, neque enim est vespera Dei, neque mane, meo quidem judicio, sed tempus, ut ita dicam, simul se extendens cum illa ipsius ingenita, & sempiterna vita ipsi dies est hodie, in qua genitus est Filius; sic non invento originis ipsius principio, sicut neque diei.

33. Insuper addendum est his, quæ diximus, quomodo Filius sit vitis vera. Ac profecto hoc perspicuum erit iis, qui, ut dignum est prophetica gratia, intelligunt illud: *Vinum lætificat cor hominis*. Nam si cor est intelligendi facultas, ipsamque lætificat sermo, maxime potabilis, abducens a rebus humanis, & furere faciens, & ebrium esse ebrietate, non ea quidem, quæ est aliena a ratione, sed divina, qua etiam Joseph fratres, ut puto, ebrios facit; merito is, qui vinum cor hominis lætificans affert, est vitis vera: ob hanc causam vera, quod racemos habeat veritatem, & palmites discipulos, sui imitatores, & ipsos fructificantes veritatem. Difficile autem est differentiam proponere panis & vitis, quandoquidem non vitem tantum, sed etiam panem vitæ seipsum appellat. Proinde vide ne forte quemadmodum panis nutrit, & cor roborat, confirmare cor hominis dictus, & vinum lætificat diffundens animum atque exhilarans, sic disciplinæ morales, quæ vitam acquirunt eas addiscenti atque operanti, panis quidem sint vitæ, non tamen fructus vitis dicantur; theoremata vero arcana & mystica, lætificantia atque numine animum afflantia, quæ ingenerantur in iis, qui oblectantur in Domino, non solum nutriri, verum etiam oblectari desiderantes, vinum vocentur a vera vite pervenientia.

Ρρος τουτοις τῳ πως πρωτος και ἐσχατος ἐν τῃ ἀποκαλυψει ἀναγεγραπται, ἑτερος κατα το πρωτος εἰναι τυγχανων τϐ ἀλφα, και της ἀρχης, και κατα το ἐσχατος, ἐχ ὁ αὐτος τῳ ω και τῳ τελει· ἡγϐμαι τοινυν των λογικων ζωων ἐν πολλοις εἰδεσι χαρακτηριζομενον, εἰναι τι πρωτον αὐτων, και δευτερον, και τριτον, και τα καθεξης, ἑως ἐσχατϐ· και το μεν ἀκριβης εἰπειν τι πρωτον, και ποιον το δευτερον, και ἐπι τινος ἀληθές το τριτον, και ἐτως μεχρι τϐ τελευταιϐ φθασαι, ἐ πανυ τι ἀνθρωπινον, ἀλλα ὑπερ την ἡμετεραν ἐςι φυσιν· ςηναι δε και περιλαλησαι τα εἰς τον τοπον ὡς οἱοι τε ἐσμεν πειρασομεθα· εἰσι τινες θεοι ὡν ὁ θεος θεος ἐςιν, ὡς αἱ προφητειαι φασιν· ἐξομολογεισθε τῳ θεῳ των θεων, και θεος θεων ἐλαλησε κυριος, και ἐκαλεσε την γην· θεος δε κατα το ἐυαγγελιον ἐκ ἐςι νεκρων, ἀλλα ζωντων. ζωντες ἀρα και οἱ θεοι εἰσιν ὡν ὁ θεος θεος ἐςι, και ὁ Αποςολος δε γραφων ἐν τῃ προς Κορινθιϐς, ὡσπερ εἰσι θεοι πολλοι, και κυριοι πολλοι, κατα τα προφητικα, το των θεων ἐξειληφαμεν ὀνομα ὡς τυγχανοντων· εἰσι δε παρα τϐς θεϐς ὡν ὁ θεος θεος ἐςιν, ἑτεροι τινες οἱ καλϐνται θρονοι, και ἀλλοι λεγομενοι ἀρχαι, κυριοτητες τε, και ἐξϐσιαι παρα τϐτους ἀλλοι. δια τε το, ὑπερ παν ὀνομα ὀνομαζομενον, ἐ μονον ἐν τϐτῳ τῳ αἰωνι, ἀλλα και ἐν τῳ μελλοντι, και ἀλλα παρα ταυτα ἐ πανυ συνηθως ἡμιν ὀνομαζομενα δει πιςευειν εἰναι λογικα· ὡν ἐν τι γενος ἐκαλει Σαβαι ὁ Εβραιος, παρο ἐσχηματισθαι τον Ζαβαωθ ἀρχοντα ἐκεινων τυγχανοντα, ἐχ ἑτερον τϐ θεϐ. και ἐπι πασι θνητον λογικον ὁ ἀνθρωπος· ὁ τοινυν των ὀλων θεος πρωτον τι τῃ τιμῃ γενος λογικον πεποιηκεν, ὁπερ οἰμαι τϐς καλϐ-

34. Ad hæc (elaborandum nobis est) quonam pacto primus, & ultimus in Apocalypsi inscriptus est: in quantum primus est, diversus ab α, id est principio; & in quantum est ultimus, non idem cum ω, id est fine. Opinor itaque, cum animalia, quæ rationem participant, diversarum sint specierum, aliud inter ipsa esse primum, aliud secundum, aliud tertium, & sic deinceps usque ad ultimum; quorum sane quodnam sit primum, & secundum & tertium, & sic usque ad ultimum accurate dicere humani non admodum ingenii est, sed ejus quod naturam superet nostram. Conabimur tamen, quæ ad hujus considerationis declarationem pertinere videbuntur, pro virili nostra afferre in medium atque eloqui. Sunt quidam Dii, quorum Deus Deus est, ut Prophetiæ loquuntur: *Confitemini Deo Deorum*; &, *Deus Deorum Dominus locutus est, & vocavit terram*: Deus autem, ut Evangelium tradit, *non mortuorum Deus est, sed viventium.* Unde viventes etiam Dii sunt, quorum Deus, Deus est. Quin etiam scribente ad Corinthios Apostolo juxta propheticas voces: *Quemadmodum sunt Dii multi, & domini multi*, nomen Deorum interpretati sumus, tanquam existant. Sunt vero etiam præter Deos, quorum Deus est Deus, alii qui vocantur Throni; & alii qui dicuntur Principatus; rursus præter hos alii, qui dicuntur Dominationes & Potestates. Dicente autem Paulo: *Super omne nomen, quod nominatur non solum in sæculo hoc, verum etiam in futuro*, credere debemus alia esse etiam, præter hæc, rationalia, quorum vocabula haud ita familiariter nobis sint in usu, quorum unum quoddam genus Saba vocabat Hebræus, ob eam causam dicens nomen formatum fuisse Sabaoth, qui princeps hujus ordinis esset, nec diversus a Deo. Præter hæc omnia est mortale rationale ipse homo. Universorum ergo Deus, genus primum quoddam rationale, quod cæteris ho-

nore

καλυμενυς θευς, και δευτερον ἐπι τυ παροντος καλειθωσαν θρονοι, και τριτον χωρις διαςασεως ἀρχαι. ὑτω δε τῳ λογικῳ καταβατεον ἐπι ἐσχατον λογικον, ταχα ὐκ ἀλλο τι τυ ἀνθρωπυ, τυγχανον. ὁ τοινυν σωτηρ θειοτερον πολλῳ ἡ ὁ Παυλος γεγονε τοις πασι παντα, ἱνα παντα ἡ κερδηση, ἡ τελειωσῃ, και σαφως γεγονεν ἀνθρωποις ἀνθρωπος, και ἀγγελοις ἀγγελος. και περι μεν τυ ἀνθρωπον αὐτον γεγονεναι ὑδεις των πεπιςευκοτων διςαζει· περι δε τυ ἀγγελον, πειθωμεθα τηρουντες τας των ἀγγελων ἐπιφανειας και λογυς, ὁτε της των ἀγγελων ἐξυσιας φαινεται, ἐν τισι τοποις της γραφης ἀγγελων λεγοντων, ὡσπερ ἐπι τυ, ὠφθη ἀγγελος κυριυ ἐν πυρι φλογος βατυ, και εἰπεν, ἐγω θεος Αβρααμ, και Ισαακ, και Ιακωβ. ἀλλα και ὁ Ησαϊας φησι· καλειται το ὀνομα αὐτυ μεγαλης βυλης ἀγγελος. πρωτος ὐν και ἐσχατος ὁ σωτηρ ὐχ ὁτι ὐ τα μεταξυ, ἀλλα των ἀκρων, ἱνα δηλωθῃ ὁτι τα παντα γεγονεν αὐτος. ἐπιςησον δε ποτερον ἀνθρωπος ἐςι το ἐσχατον ἡ τα καλυμενα καταχθονια, ὡν εἰσι και οἱ δαιμονες. ἠτοι παντες, ἡ τινες ζητητεον τα εἰς ἁ και αὐτα γενομενος ὁ σωτηρ δια τυ προφητυ Δαβιδ φησι, και ἐγενηθην ὡσει ἀνθρωπος ἀβοηθητος ἐν νεκροις ἐλευθερος. ὡσπερ πλεον ἐχων παρα ἀνθρωπυς κατα την ἐκ παρθενυ γενεσιν, και κατα τον λοιπον ἐν παραδοξοις βιον, ὑτως ἐν νεκροις κατα το μονος ἐκει εἰναι ἐλευθερος, ὐκ ἐγκαταλελειπται ἡ ψυχη αὐτυ εἰς τον ᾁδην. ὑτως μεν ὐν πρωτος και ἐσχατος. εἰ δε ἐςι γραμματα θευ, ὡσπερ ἐςιν, ἁπερ ἀναγινωσκοντες οἱ ἁγιοι φασιν ἀνεγνωκεναι τα ἐν ταις πλαξι τυ ὐρανυ, τα ςοιχεια ἐκεινα, ἱνα δι' αὐτων τα ὐρανια ἀναγνωσθῃ, αἱ ἐννοιαι τυγχανυσιν, κατακεοματιζομεναι εἰς ἀλφα, και τα ἑξης, μεχρι τυ ω, τυ υἱυ τυ θευ. παλιν δε

ἀρχη

nore excelleret, fecit; quod mea sententia eos complectatur, qui vocantur Dii; alterum in præsentia vocentur Throni; tertium vero Principatus sine dissidio. Sic autem rationali ad ultimum rationale descendendum est, quod non aliud fortasse fuerit, quam homo. Servator igitur divinius multo quam Paulus, factus est omnibus omnia, ut omnes vel lucrifaceret vel perficeret: & manifeste homo hominibus, Angelis Angelus factus est. Cumque fidelium nemo ambigat hominem eum fuisse, Angelum etiam eum fuisse inducamur ad credendum, servantes Angelorum apparitiones, & verba, quando potestatem eum apparet Angelorum habere: in quibusdam Scripturæ locis Angelis loquentibus; veluti illo in loco: *Visus est Angelus Domini in flamma ignis de medio rubi, & dixit: Ego sum Deus Abraham, & Isaac, & Jacob.* Quin etiam Esaias dicit: *Vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus.* Primus ergo, & ultimus est Servator, non quod non sit etiam media, sed idcirco duorum extremorum vocabulo gaudet, ut declaret se omnia fuisse. Inspice vero utrum homo sit ultimum rationale; an ea, quæ vocantur subterranea, quorum de numero sunt Dæmones, vel omnes vel aliqui. Inquirenda sunt & illa, quæ Servator se factum per Prophetam David inquit: *Et factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber;* sicut plus habens præ hominibus, quia natus sit ex virgine, & ob reliquam vitam admirabiliter transactam, ita inter mortuos non derelicta est anima ejus in infernum, eo quod illic solus fuerit liber. Atque hunc quidem in modum primus est, & ultimus. Quod si sunt literæ Dei, ut certe sunt, quas Sancti legentes ea se dicunt legere, quæ sint in tabulis cœli, elementa illa, per quæ legenda sunt cœlestia, notiones sunt, in minutas partes divisæ, nempe in *α*, & quæ sequuntur, usque ad *ω*, quod est filius Dei. Rursus idem principium est, & finis;

nitus effici ipso λογω, hoc est filio Dei, atque ipsa ratione, cuncta in nobis a ratione aliena, atque mortificationem ipsam, quatenus ratio est & resurrectio, abolente? Quocirca inspice, an quodammodo ipsius quatenus λογος (hoc est ratio) est, participes sint omnes homines. Itaque eum quæri non extra eos, qui quærunt, ab iis, qui eum invenire constituant, nos docet Apostolus, dicens: *Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cœlum? hoc est Christum ex alto deducere: aut, Quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere. Sed quid dicit Scriptura? Prope te verbum est valde in ore tuo, & in corde tuo*, perinde ac si ipse Christus etiam esset verbum, quod quæritur. Quin etiam quando ipse Dominus loquitur: *Nisi venissem & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem non habent, quod prætexant peccato suo*; nihil aliud intelligendum est λογον, (hoc est rationem) dicere, quam eos, quibus nondum λογος (id est ratio) completa est, peccatum non habere, sed illos tantum peccato obnoxios esse, qui participes effecti jam ipsius rationis, agunt præter rationes, ex quibus hæc ratio in nobis completur, in quem sensum tantum verum est illud: *Nisi venissem & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent.* Age enim de Jesu aspectabili, (ut vulgares existimabunt) hoc expendatur, quomodo jam verum sit eos, ad quos non venerit, non habere peccatum. Namque omnes, qui fuerint ante Servatoris adventum, ab omni peccato immunes futuri sunt, quoniam non venerit aspectabilis juxta carnem Jesus. Quin etiam omnes, quibus de eo nunciatum non fuerit, peccatum non habebunt. Unde aperte sequitur etiam peccatum non habentes, condemnationi non subjici. At λογος (id est ratio), quæ est in hominibus, cujus participare genus nostrum diximus, bifariam dicitur; vel juxta complementum, quod omni inest, qui puerilem trans-

των τερατων, ἡ κατα την ἀκροτητα, ἥτις ἐν μονοις τοις τελειοις ἑυρισκεται. κατα μεν ἐν το προτερον το· εἰ μη ἦλθον, και ἐλαλησα αὐτοις, ἁμαρτιαν ἐκ εἶχον· νυν δε προφασιν ἐκ ἐχεσι περι της ἁμαρτιας αὐτων, τα ῥητα ἐκλεκτεον· κατα δε το δευτερον, παντες ὁσοι προ ἐμε ἦλθον, κλεπται εἰσι, και λησαι, και ἐκ ἠκεσαν αὐτων τα προβατα· προ γαρ της τελειωσεως τε λογε παντα ψεκτα τα ἐν ἀνθρωποις, ἁτε ἐνδεη και ἐλλιπη, οἱς τελειως ἐχ᾽ ὑπακεει τα ἐν ἡμιν ἀλογα, προβατα τροπικωτερον εἰρημενα. και ταχα κατα μεν το προτερον, ὁ λογος σαρξ ἐγενετο· κατα δε το δευτερον, Θεος ἦν ὁ λογος. τετῳ δ᾽ ἀκολεθον ἐςι ζητειν ἐςι μεταξυ τε, ὁ λογος σαρξ ἐγενετο, και, Θεος ἦν ὁ λογος, ἐν τοις ἀνθρωπινοις ἰδειν, οἱον ἀνασοιχειεμενε τε λογε ἀπο τε γεγονεναι αὐτον σαρκα, και κατα βραχυ λεπτυνομενε, ἑως γενηται ὁπερ ἦν ἐν ἀρχῃ Θεος λογος ὁ προς τον πατερα, ἑ λογε την δοξαν εἰδεν ὁ Ιωαννης, ἀληθως μονογενες, ὡς ἀπο πατρος. δυναται δε και ὁ λογος υἱος εἰναι παρα τῳ ἀπαγγελλειν τα κρυφια τε πατρος ἐκεινε, ἀναλογον τῳ καλεμενῳ υἱῳ λογῳ νε τυγχανοντος. ὡς γαρ ὁ παρ᾽ ἡμιν λογος ἀγγελος ἐςι των ὑπο τε νε ὁρωμενων, ἑτως ὁ τε Θεε λογος ἐγνωκως τον πατερα, ἐδενος των γενητων προσβαλειν αὐτῳ χωρις ὁδηγου δυναμενου, ἀποκαλυπτει ὁν ἐγνω πατερα. ἐδεις γαρ ἐγνω τον πατερα εἰ μη ὁ υἱος, και ᾧ ἀν υἱος ἀποκαλυψῃ, και καθο λογος ἐςι μεγαλης τυγχανει βελης ἀγγελος ὠν, ἑ ἐγενηθη ἡ ἀρχη ἐπι τε ὠμε αὐτε, ἐβασιλευσε γαρ δια τε πεπονθεναι τον ςαυρον. ἐν δε τῃ ἀποκαλυψει ἐπι λευκε ἱππε καθεζεσθαι λεγεται λογος πιςος και ἀληθινος, ὡς οἰμαι παρρισᾶν το σαφες της φωνης ὁ

ἠχειται

cendit ætatem, detractis prodigiis; vel juxta summam perfectionem, quæ in solis perfectis invenitur. Itaque juxta priorem sensum intelligenda sunt hæc verba: *Nisi venissem & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent:* juxta secundum vero: *Omnes, quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones, & non audierunt eos oves.* Nam antequam perficiatur ratio, omnia, quæ insunt hominibus, vituperabilia sunt, quia sint indiga & imperfecta, quibus etiam perfecte non obtemperant ea, quæ sunt in nobis ratione carentia, tropice oves dicta. Ac fortasse juxta primum sensum, λογος (ist est ratio) facta est caro; juxta secundum vero, Deus erat ille λογος (hoc est illa ratio). Huic autem consequens est quærere, num cernere possimus medium aliquod in hominibus inter hanc particulam, *ratio facta est caro*, & inter hanc, *Deus erat illa ratio*, videlicet reelementata, atque in idem redeunte ratione illa, postquam fuerat facta caro tantisper inferior facta, donec fieret, quod erat in principio (apud Deum Deus λογος, id est) ratio illa apud Patrem: cujus λογȣ, (& Filii Dei) gloriam vidit Joannes vere unigeniti, veluti a Patre. Potest autem Filius etiam sermo esse, eo quod renunciet occulta Patris sui, qui mens existit perinde atque Filius, qui vocatur sermo. Ut enim apud nos sermo nuncius est earum rerum, quæ a mente cernuntur, sic ille Dei Sermo, qui Patrem agnovit (nemine alioqui mortalium absque duce in eum intendere valente) Patrem agnitum revelat. Nullus enim agnovit Patrem, nisi Filius, aut ille cui Filius revelabit, & in quantum Sermo est, *magni* existit *consilii nuncius:* cujus *principatus factus est super humerum ejus;* regnavit enim eo, quod in crucem suffixus est. Cæterum in Apocalypsi sermo fidelis, & verus sedere dicitur in equo albo, mea sententia denotans vocis claritatem, quam insonat ad nos accedens veritatis sermo. Non

ἤχειται ὁ ἡμιν ἐπιδημων ἀληθειας λογος. ȣ͂ τȣ παροντος δε καιρȣ δειξαι, ὁτι ἐπι της φωνης πολλαχȣ της γραφης ἐν ἡ ἐςι τα προκειμενα δἰ ὡν ὠφελȣμεθα θειον μαθηματων ἀκροωμενοι, κειται ἡ ἱππος προσηγορια. μονον δε ἑνος και δευτερȣ ὑπομνηςεον, τȣ· ψευδης ἱππος εἰς σωτηριαν, και· ȣ͂τοι ἐν ἁρμασι, και ȣ͂τοι ἐν ἱπποις, ἡμεις δε ἐν ὀνοματι κυριȣ θεȣ ἡμων μεγαλυνθησομεθα. το δε· ἐξηρευξατο ἡ καρδια μȣ λογον ἀγαθον, λεγω ἐγω τα ἐργα μȣ τῳ βασιλει, ἐν τῳ μδ΄ ψαλμῳ ἀναγεγραμμενον συνεχεςατα ὑπο των πολλων φερομενον ὡς νενοημενον, ἡμιν ȣ͂κ ἀβασανιςον ἐατεον· ἐςω γαρ τον πατερα ταυτα λεγειν, τις ȣ͂ν ἡ καρδια αὐτȣ, ἱνα ἀκολȣθως τη καρδιᾳ ὁ ἀγαθος λογος φανη; εἰ γαρ ὁ λογος ȣ͂ δειται διηγησεως, ὡς ἐκεινοι ὑπολαμβανȣσι, δηλονοτι ȣ͂δ᾽ ἡ καρδια, ὁπερ ἐςιν ἀτοπωτατον, νομιζειν την καρδιαν ὁμοιως τῳ ἐν ἡμετερῳ σωματι εἰναι μερος τȣ θεȣ. ἀλλ᾽ ὑπομνηςεον αὐτȣς, ὁτι ὡσπερ χειρ και βραχιων και δακτυλος ὀνομαζεται θεȣ, ȣ͂κ ἐρειδοντων ἡμων την διανοιαν εἰς ψιλην την λεξιν, ἀλλ᾽ ἐξεταζοντων πως ταυτα ὑγιως ἐκλαμβανειν και ἀξιως θεȣ δει, ȣ͂τως και την καρδιαν τȣ θεȣ, την νοητικην αὐτȣ και προθετικην περι των ὁλων δυναμιν ἐκληπτεον, τον δε λογον των ἐν ἐκεινῃ το ἀπαγγελτικον. τις δε ἀπαγγελλει την βȣλην τȣ πατρος τοις των γεννητων ἀξιοις και παρ᾽ αὐτȣς γεγεννημενοις, ἡ ὁ σωτηρ; ταχα δε και ȣ͂ ματην το, ἐξηρευξατο, μυρια γαρ ἑτερα ἐδυνατο λεγεσθαι ἀντι του ἐξηρευξατο, προεβαλεν ἡ καρδια μȣ λογον ἀγαθον· ἐλαλησεν ἡ καρδια μȣ λογον ἀγαθον. ἀλλα μηποτε ὡσπερ πνευματος τινος ἀποκρυφου εἰς φανερον προοδος ἐςιν ἡ ἐρυγη τȣ ἐρευγομενȣ, οἱονει δια τȣτȣ ἀναπνεοντος, ȣ͂τω τα της ἀληθειας θεωρηματα ȣ͂ συνεχων ὁ πατηρ ἐρευγεται,

est autem præsentis temporis ostendere vocabulum equi frequenter poni in voce Scripturæ (in qua proponuntur), quæ nobis sint adjumento divinas disciplinas audientibus. Tantum unius aut alterius loci submoneamus: hujus, *Fallax equus est ad salutem*, & illius: *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur.* Porro quod in quarto & quadragesimo Psalmo est scriptum: *Eructavit cor meum sermonem bonum, dico ego opera mea regi*, frequentissime repetitum a multis perinde ac si intelligerent, haud intactum nobis prætereundum est. Esto enim Patrem hæc dicere, quodnam dicent esse ipsius cor, ut sermo videatur bonus consequenter cordi? Si enim hæc vox λογος, (id est ratio vel sermo,) interpretatione non eget, ut illi existimant, abunde constat neque cordis vocabulum interpretatione egere, id quod est absurdissimum; existimare scilicet non secus cor partem Dei esse, atque est in nostro corpore. Sed admonendi sunt illi, quod quemadmodum manus, & brachium, atque etiam digitus Dei dicitur, nudum vocabulum acie mentis nobis non dispicientibus, sed examinantibus quonam pacto hæc sane, & ut Deo est dignum, sint accipienda, ita etiam nos intelligere debere, cor Dei esse ejus eam vim, quæ intelligentiam efficiat, & universa disponat; sermonem vero illud esse, quod, quæ in illo sunt corde, renunciet. Quis vero Patris consilium his, qui inter mortales digni exstiterint, quique horum naturam superaverint, renunciat, nisi Servator? Forte autem non frustra positum est, *Eructavit:* cum hujus verbi vice alia innumera dici potuissent, nimirum proposuit vel protulit cor meum sermonem bonum; loquutum est cor meum sermonem bonum. Sed vide ne forte quemadmodum alicujus flatus occulti progressus in apertum est ructus eructantis, tanquam per hunc respirantis, ita veritatis speculationes non con-

γεται, και ποιει τον τυπον αὐτων ἐν τῳ λογῳ και δια τυτο εἰκονι καλυμενῳ τυ ἀορατυ Θευ· και ταυτα μεν ἱνα συμπεριφερομενοι τῃ των πολλων ἐκδοχῃ παραδεξωμεθα ἀπο τυ πατρος λεγεσθαι το· ἐξηρευξατο ἡ καρδια μυ λογον ἀγαθον. ὐ παντη δε αὐτοις παραχωρητεον, ὡς ὁμολογυμενως ταυτα ἀπαγγελλοντος του θεου. δια τι γαρ ὐχι ὁ προφητης ἐςαι λεγων πληρωθεις του πνευματος, και προφερομενος λογον ἀγαθον περι προφητειας της περι Χριςου, συνεχειν αὐτον ὐ δυναμενος το, ἐξηρευξατο ἡ καρδια μυ λογον ἀγαθον, λεγω ἐγω τα ἐργα μυ τῳ βασιλει· ἡ γλωσσα μυ καλαμος γραμματεως ὀξυγραφυ· ὡραιος καλλει παρα τυς υἱυς των ἀνθρωπων· εἰτα προς αὐτον τον Χριςον· ἐξεχυθη ἡ χαρις ἐν χειλεσι συ; πως γαρ, εἰ ὁ πατηρ ταυτ᾽ ἐλεγεν, ἐπεφερετο τῳ· ἐξεχυθη ἡ χαρις ἐν χειλεσι συ, το· δια τυτο ἐυλογησε σε ὁ θεος εἰς τον αἰωνα, και μετ᾽ ὀλιγα· δια τυτο ἐχρισε σε ὁ Θεος ὁ Θεος συ ἐλαιον ἀγαλλιασεως παρα τους μετοχους συ; ἀνθυπενεγκοι δε τις βυλομενος ἐκ του πατρος τα ἐν τῳ ψαλμῳ ἀπαγγελλεσθαι το· ἀκυσον θυγατερ, και ἰδε, και κλινον το ὐς συ, και ἐπιλαθυ τυ λαυ συ, και τυ πατρος συ· ὐ γαρ ὁ προφητης προς την ἐκκλησιαν ἐρει το· ἀκυσον θυγατερ. ὐ χαλεπον δε δειξαι και ἀπο ἑτερων ψαλμων ὁτι προσωπων γινονται ἐπι πλειον ἐναλλαγαι, ὡςε και ἐνθαδε δυνασθαι ἀπο τυ, ἀκυσον θυγατερ, τον πατερα λεγειν· παραθετεον δε εἰς την περι του λογου ἐξετασιν και το· τῳ λογῳ τυ κυριυ οἱ ὐρανοι ἐςερεωθησαν, και τῳ πνευματι του ςοματος αὐτυ πασα ἡ δυναμις αὐτων· ἁπερ τινες ἡγυνται ἐπι τυ σωτηρος και τυ ἁγιυ τασσεσθαι πνευματος, δυναμενα δηλουν τῳ λογῳ Θευ τους ὐρανους ἐςερεωσθαι, ὡς εἰ λεγοιμεν λογῳ ἀρχιτεκτονικῳ την οἰκιαν, και λογῳ ναυπηγικῳ την ναυν γεγονεναι, ὐτως ὀυν λογῳ Θευ τους ὐρανους, θειοτερυ τυγχανοντος σωματος, και δια τυτο καλυμενυ ςερευ, ὐκ ἐχοντος το ἐπιπολυ ῥευςον και ἐυδιαλυτον των λοιπων, και κατωτερω ἐςερεωσθαι, και δια το διαφορον ἐσχηκεναι

tinens Pater eructet, faciatque harum figuras in sermone, qui etiam hanc ob causam vocetur invisibilis Dei imago. Et hæc quidem, ut illud: *Eructavit cor meum sermonem bonum*, dici a Patre intelligamus, multorum intelligentiæ adhærentes. Quibus tamen non statim cedendum, perinde ac constet Deum hæc enunciare. Quare enim non Propheta ille loquatur plenus Spiritu sancto, & proferat sermonem bonum pertinentem ad prophetiam de Christo, continere ipsum non valens; scilicet: *Eructavit cor meum sermonem bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ velociter scribentis: Speciosus forma præ filiis hominum:* postea ad ipsum Christum: *Diffusa est gratia in labiis tuis?* Si enim hæc Pater loquebatur, quomodo his verbis: *Diffusa est gratia in labiis tuis*, additum est illud: *Propterea benedixit te Deus in æternum;* & post pauca: *Propter hoc unxit te Deus tuus oleo exsultationis præ particibus tuis?* Verum illud objiciat aliquis (volens hæc Psalmi verba a Patre enunciari) *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris*, & dicat Prophetam non fuisse dicturum ad Ecclesiam, *Audi filia.* At ex aliis Psalmis difficile non fuerit ostendere personarum plerumque fieri immutationes, ut ab eo loco, *Audi filia*, possit Pater loqui. Jam indagantibus nobis vim sermonis, adjungendum est etiam hoc: *Sermone Dei cœli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum,* quæ quidam existimant de Servatore, & Spiritu sancto posita esse, cum etiam hunc sensum habere possint, cœlos Dei ratione firmatos fuisse, non secus ac dicimus domum ædificatam fuisse ratione illa, quæ est ars fabricandarum ædium, navim compactam fuisse ratione illa, quæ est ars fabricandarum navium, sic etiam dicentes, cœlos Dei ratione firmatos fuisse, qui divinius corpus assequuntur, quod etiam propter hoc Firmamentum vocatur, non habens quamplurimum

κεναι ἐξαιρετως τῳ θειῳ λογῳ· ἐπει ὀυν προκειται το, ἐν ἀρχῃ ἠν ὁ λογος, σαφως ἰδειν, ἀρχη δε μετα μαρτυριων των ἐκ των παροιμιων ἀποδεδοται εἰρησθαι ἡ σοφια, και ἐςι προεπνουμενη ἡ σοφια τυ αὐτην ἀπαγγελλοντος λογυ, νοητεον τον λογον ἐν τῃ ἀρχῃ, τυτεςι τῃ σοφιᾳ, ἀει εἰναι. ὀντα δε ἐν τῃ σοφιᾳ καλυμενῃ ἀρχῃ μη κωλυεσθαι εἰναι προς τον Θεον, και αὐτον Θεον, τυγχανοντα, και ὐ γυμνως εἰναι αὐτον προς τον Θεον, ἀλλα ὀντα ἐν τῃ ἀρχῃ τῃ σοφιᾳ εἰναι προς τον Θεον· ἐπιφερει γυν και φησιν· ὑτος ἐν ἀρχῃ προς τον Θεον· ἐδυνατο γαρ εἰρηκεναι, ὑτως ἠν προς τον Θεον· ἀλλ' ὡσπερ ἠν ἐν ἀρχῃ, ὑτως και προς τον θεον ἐν ἀρχῃ ἠν, και παντα δι' αὐτυ ἐγενετο ὀντος ἐν τῃ ἀρχῃ, παντα γαρ ἐν σοφιᾳ ὁ Θεος κατα τον Δαβιδ ἐποιησε. και ἐτι εἰς το παραδεξασθαι τον λογον ἰδιαν περιγραφην ἐχοντα, οἱον τυγχανοντα ζην καθ' ἑαυτον, λεκτεον και περι δυναμεων, ὐ μονον δυναμεως· ταδε λεγει κυριος των δυναμεων, πολλαχου κειται, λογικων τινων θειων ζωων δυναμενων ὀνομαζομενων, ὡν ἡ ἀνωτερω και κρειττων Χριςος ἠν, ὐ μονον σοφια Θευ, ἀλλα και δυναμις προσαγορευομενος· ὡσπερ ὀυν δυναμεις Θευ πλειονες εἰσιν, ὡν ἑκαςη κατα περιγραφην, ὡν διαφερει ὁ σωτηρ, ὑτως και λογος, εἰ και ὁ παρ' ἡμιν ὐκ ἐςι κατα περιγραφην ἐκτος ἡμων, νοηθησεται ὁ Χριςος δια τα προεξητασμενα, ἐν ἀρχῃ τῃ σοφιᾳ την ὑποςασιν ἐχων. ταυτα ἡμιν ἐπι τυ παροντος ἀρκεσει εἰς το· ἐν ἀρχῃ ἠν ὁ λογος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

mum fluxus, eamque facilitatem fluendi, quam cætera inferiora: propter quam differentiam, ac præstantiam dicimus etiam cœlum eximie divina ratione firmata fuisse. Quoniam igitur proponitur, ut aperte intelligamus hoc dictum, *In principio erat λογος* (hoc est sermo sive ratio), principium vero sapientiam dici explicatum est, testimoniis ex Proverbiis sumptis, consideraturque sapientia ante sermonem ipsam annuntiantem, intelligamus necesse est, sermonem in principio, hoc est sapientia, semper esse, cumque sit in sapientia, quæ vocatur principium, non prohiberi esse apud Deum, cum sit etiam ipse Deus: nec apud Deum simpliciter est ipse, sed existens in principio (similiter sapientia) est apud Deum; subjungit enim, & inquit: *Hic erat in principio apud Deum.* Poterat enim dicere, Hic erat apud Deum. Sed quemadmodum erat in principio, sic & apud Deum in principio erat: & *Omnia per ipsum facta sunt*, existentem in principio; omnia enim Deus (teste David) in sapientia fecit. Ad hæc intelligamus Sermonem propriam habere inscriptionem, velut qui vitam per se assequatur, dicendum etiam est de potentiis, non de potentia. *Hæc dicit Dominus potentiarum*, multis in locis ponitur, nomine potentiarum intellectis quibusdam divinis animantibus, quæ rationis sunt capacia, quibus superior & præstantior Christus est, non tantum sapientia Dei, sed etiam potentia dictus. Ut igitur virtutes complures sunt, quarum singulæ descriptionem habent, quibus differt Servator, sic etiam ὁ λογος, [id est ille filius Dei, illa ratio] (etiam si illa ratio, quæ in nobis est, non habeat descriptionem extra nos) intelligetur Christus, juxta ea, quæ antea indagavimus, hypostasim habens in principio, hoc est in sapientia. Sed hactenus de eo, quod est, *In principio erat Sermo.*

ORIGENIS

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ
ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ
ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ
ΕΞΗΓΗΤΙΚΩΝ
ΤΟΜΟΣ β'.

Και ὁ λογος ἠν προς τον Θεον, και Θεος ἠν ὁ λογος. Αυταρκως κατα την παρȣσαν δυναμιν, ἱερε ἀδελφε Αμβροσιε, και κατα το ἐυαγγελιον μεμοφωμενε, ἐν τοις προ τȣτων διαλαβοντες τι ἐςιν ἐυαγγελιον, και τις ἡ ἀρχη, ἐν ἡ ἠν ὁ λογος, τις τε ὁ λογος ὁ ἐν ἀρχῃ, ἀκολȣθως νυν ἐπισκοπȣμεν πως ὁ λογος ἠν προς τον Θεον. Χρησιμον τοινυν συναγαγειν εἰς τȣτο λογον ἀναγεγραμμενον γεγονεναι προς τινας, οἱον λογος κυριȣ ὁς ἐγενηθη προς Ωσηε τον τȣ Βεηρει, και ὁ λογος ὁ γενομενος προς Ησαϊαν υἱον Αμως, περι της Ιȣδαιας, και περι Ιερȣσαλημ, και ὁ λογος ὁ γενομενος προς Ιερεμιαν περι της ἀβροχιας. πως ὀυν λογος κυριȣ ἐγενηθη προς Ωσηε, και ὁ λογος ἐςιν ὁ γενομενος προς Ησαϊαν υἱον Αμως, και παλιν ὁ λογος προς Ιερεμιαν περι της ἀβροχιας, ἐπισκοπητεον, ἱν' ὡς παρακειμενον ἑυρεθηναι δυνηθῃ πως ὁ λογος ἠν προς τον Θεον. ὁ μεν ὀυν πολυς ἁπλȣςερον ἐκληψεται τα περι των προφητων ειρημενα, ὡς λογου κυριου, ἠ τȣ λογȣ γενομενȣ προς αὐτους. μηποτε δε ὡς φαμεν τον δε τινα προς τονδε γινεσθαι, ȣτως ὁ νυν θεολογȣμενος υἱος λογος ἐγενηθε προς Ωσηε ἀποςαλεις ὑπο τȣ πατρος προς αὐτον· κατα μεν την ἱςοριαν προς τον υἱον τȣ Βεηρει προφητην Ωσηε, κατα δε μυςικον λογον προς τον σωζομενον· Ωσηε γαρ ἑρμηνευεται, σωζομενος, υἱον Βεηρει, ὁς ἑρμηνευεται φρεατα· πηγης γαρ ἐκ βαθȣς ἀναβλυ-

ORIGENIS
EXPLANATIONUM
IN EVANGELIUM
SECUNDUM JOANNEM
TOMUS SECUNDUS.

1. *Et Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Satis pro viribus nostris, facer Ambrosi, idemque frater Evangelio conformis, cum antehac disseruerimus quid sit Evangelium, & quod, qualeve principium, in quo erat Sermo, & quisnam sit ille Sermo, qui erat in principio. Consequenter nunc consideremus, quonam pacto Sermo ille erat apud Deum. Ergo utile erit ad hoc explicandum colligere sermonem, qui scriptus est, factum fuisse ad quosdam. Verbi gratia, *Sermo Domini factus est ad Osee filium Beeri*; &, *Sermo factus est ad Esaiam filium Amos, de Judaea, & de Jerusalem*; &, *Sermo factus est ad Jeremiam de siccitate.* Quomodo ergo sermo Domini factus est ad Oseam, & sermo ad Esaiam filium Amos, & rursus ad Jeremiam de siccitate, considerandum est, ut sic collatione facta inveniri possit, quonam pacto Sermo ille erat apud Deum. Atque equidem vulgus simplicius exponet Prophetarum dicta, veluti sermone Domini, vel sermone facto ad ipsos. Tu vero vide, ne forte ut dicimus hunc ad hunc fieri, sic etiam nunc a nobis theologice consideratus Filius, sermo factus sit ad Oseam, missus ad ipsum a Patre: quod ad historiam quidem attinet, ad Prophetam Oseam fiilium Beeri, quantum vero ad mysticam rationem, ad Servatum (sonat enim Oseas, si interpreteris, Servatus) filium Beeri, quae vox, Puteos sonat: efficitur enim quilibet eorum, qui servantur, putei

ἀναβλυςανυσης σοφιας Θεϋ ἑκαςος των σωζομενων υἱος γινεται. και ὐδεν θαυμαςον ὑτως υἱον φρεατων εἰναι τον ἁγιον ἀπο των ἀνδραγαθηματων πολλαχου υἱον ὀνομαζομενον, παρα μεν το λαμπειν αὐτϋ τα ἐργα ἐμπροσθεν των ἀνθρωπων, φωτος· παρα δε το ἐχειν την εἰρηνην τϋ Θεϋ την ὑπερεχϋσαν παντα νουν, εἰρηνης· ἐτι δε δια την ἀπο της σοφιας ὠφελειαν, τεκνον σοφιας· ἐδικαιωθη γαρ, φησιν, ἡ σοφια ἀπο των τεκνων αὐτης. ὑτως οὐν ὁ παντα ἐρευνων Θεϋ πνευματι και τα βαθη τϋ Θεϋ, ὡςε ἀποφθεγξασθαι αὐτον· ὠ βαθος πλυτϋ και σοφιας και γνωσεως θεϋ, δυναται εἰναι φρεατων υἱος προς ὀν ὁ λογος κυριϋ γινεται. ὁμοιως λογος και προς Ησαΐαν ἐρχεται διδασκων τα ἐν ἐσχαταις ἡμεραις ἀπαντησομενα τῃ Ιουδαιᾳ και Ιερουσαλημ. ὡσαυτως δε και προς Ιερεμιαν θεῳ μετεωρισμῳ ἐπαρθεντα. ἑρμηνευεται γαρ, μετεωρισμος Ιαω. ἀλλα προς μεν τϋς ἀνθρωπϋς προτερον ὐ χωρϋντας την τϋ υἱϋ τϋ Θεϋ λογϋ τυγχανοντος ἐπιδημιαν, ὁ λογος γινεται· προς δε τον Θεον ὐ γινεται, ὡς προτερον ὐκ ὠν προς αὐτον, παρα δε το ἀει συνειναι τῳ πατρι, λεγεται· και ὁ λογος ἠν προς τον θεον· ὐ γαρ εγενετο προς τον θεον, και ταυτον ῥημα το, ἠν, τϋ λογϋ κατηγορειται, ὁτι ἐν ἀρχῃ ἠν, και ὁτε προς τον Θεον ἠν, ὐτε της ἀρχης χωριζομενος, ὐτε τϋ πατρος ἀπολειπομενος· και παλιν ὐτε ἀπο τϋ μη εἰναι ἐν ἀρχῃ γινομενος ἐν ἀρχῃ, ὐτε ἀπο τϋ μη τυγχανειν προς τον Θεον. ἐπι τῳ προς τον Θεον εἰναι γινομενος· προ γαρ παντος χρονϋ και αἰωνος, ἐν ἀρχῃ ἠν ὁ λογος, και ὁ λογος ἠν προς τον Θεον. ἐπει τοινυν εἱς εὑρεσιν τϋ, και ὁ λογος ἠν προς τον θεον, παρεθεμεθα λεξεις προφητικας, πως ἐγενετο προς Ωσηε, και Ησαΐαν, και Ιερεμιαν, παρετηρησαμεν τε ϗ την τυχϋσαν διαφοραν τϋ, ἐγεννηθη, και, ἐγενετο, προς το, ἠν, προσθησομεν ὁτι ἐν μεν τῳ προς τϋς προφητας γινεσθαι, φωτιζει τϋς προφητας τῳ φωτι της γνωσεως, ποιων αὐτϋς

ἀτε

putei filius, quia ſapientia Dei ex profundo ſcaturit. Nec mirum ſane eſt puteorum filium ſic eſſe ſanctum, qui ex ſtrenue factis frequenter filius nominatur: idcirco quidem quia luceant opera ejus coram hominibus, filius lucis nuncupatus; quia vero habeat pacem Dei, exſuperantem omnem intelligentiam, filius pacis: atque etiam propter ſapientiæ utilitatem, filius ſapientiæ: *Juſtificata eſt* enim, inquit, *ſapientia a filiis ſuis.* Hunc igitur in modum ille etiam, qui divino Spiritu omnia profunda Dei perſcrutatur, ut eloqui poſſit: *O profunditatem divitiarum, & ſapientiæ, cognitionis Dei*, poteſt eſſe puteorum filius, ad quem ſermo fiat Domini. Sic ſermo etiam ad Eſaiam venit docens, quæ in ultimis diebus eventura erant tum Judææ, tum Jeruſalem: eodem modo & ad Jeremiam divina elatione elatum (nam interpretatur, elatio Jao.) Sed ad homines quidem, qui prius capaces non erant adventus filii Dei, qui eſt Sermo, fit ſermo; ad Deum vero non fit, quaſi qui antea non exiſteret apud ipſum, ſed eo quod ſit ſemper cum Patre, dicitur: *Et Sermo erat apud Deum*, non enim factus eſt apud Deum, & idem verbum, *Erat*, de Sermone prædicatur, quoniam in principio erat etiam tum, cum apud Deum erat, neque a principio ſeparatus, neque Patrem deſerens: & rurſus neque eo, quod non ſit in principio factus, in principio, neque eo, quod non ſit apud Deum, factus ut eſſet apud Deum: ante omne enim tempus, & ſæculum, *in principio erat Sermo, & Sermo erat apud Deum.* Quoniam igitur ut inveniremus ſenſum verborum illorum: *Et Sermo ille erat apud Deum*, appoſuimus verba prophetica, quomodo factus ſit Sermo ad Oſeam, & Eſaiam, & Jeremiam, obſervavimuſque non parum differre, *Fuit*, & *Factus eſt* a verbo, *Erat*, addemus, dum ad Prophetas ſermo fit, Sermonem Prophetas illuſtrare luce cognitionis, facientem eos, tanquam coram videntes,

ἀτε ἐμπροσθεν βλεποντας ὁραν ἁ προ αὐτȣ ȣ κατενοȣν· προς δε τον Θεον το Θεος ἐςι τυγχανων ἀπο τȣ εἶναι προς αὐτον. και ταχα τοιαυτην τινα ταξιν ὁ Ἰωαννης ἐν τῳ λογῳ ἰδων ȣ προεταξε το· Θεος ἠν ὁ λογος, τȣ, ὁ λογος ἠν προς τον Θεον, ὁσον ἐπι ταις ἀποφασεσιν ȣδεν ἀν κωλυθεντος τȣ εἱρμȣ προς το καθ᾽ αὐτο ἰδειν ἑκαςȣ των ἀξιωματων την δυναμιν· ἐν γαρ ἀξιωμα το· ἐν ἀρχῃ ἠν ὁ λογος, και δευτερον το· ὁ λογος ἠν προς τον Θεον, και ἑξης, και Θεος ἠν ὁ λογος· ἀλλ᾽ ἐπει ταχα ταξιν τινα δηλοι το πρωτον τεταχθαι το· ἐν ἀρχῃ ἠν ὁ λογος, κατα το ȣτως ἑξης το· και ὁ λογος ἠν προς τον θεον, και τριτον το· και Θεος ἠν ὁ λογος, δια τȣτο ἱνα δυνηθῃ ἀπο τȣ προς τον Θεον εἶναι ὁ λογος νοηθηναι γινομενος Θεος, λεγεται· και ὁ λογος ἠν προς τον Θεον, ἐπειτα· και Θεος ἠν ὁ λογος.

Πανυ δε παρατετηρημενως, και ȣκ ὡς ἑλληνικην ἀκριβολογιαν ȣκ ἐπιςαμενος ὁ Ἰωαννης ὁπου μεν τοις ἀρθροις ἐχρησατο, ὁπȣ δε ταυτα ἀπεσιωπησεν, ἐπι μεν του λογου προστιθεις το, ὁ. ἐπι δε της, Θεος, προσηγοριας ὁπȣ μεν τιθεις, ὁπȣ δε διαιρων. τιθησι μεν γαρ το ἀρθρον, ὁτε ἡ Θεος ὀνομασια ἐπι τȣ ἀγεννητȣ τασσεται των ὁλων αἰτιȣ, σιωπα δε αὐτο ὁτε ὁ λογος Θεος ὀνομαζεται· ὡς δε διαφερει κατα τȣτȣς τȣς τοπȣς ὁ θεος, και Θεος, ȣτως μηποτε διαφερῃ ὁ λογος και λογος. ὁν τροπον γαρ ὁ ἐπι πασι Θεος, ὁ Θεος, και ȣχ ἁπλως Θεος, ȣτως ἡ πηγη τȣ ἐν ἑκαςῳ των λογικων λογȣ, ὁ λογος, τȣ ἐν ἑκαςῳ λογȣ ȣκ ἀν κυριως ὁμοιως τῳ πρωτῳ ὀνομασθεντος και λεχθεντος, ὁ λογος. και το πολλȣς φιλοθεȣς εἶναι εὐχομενȣς ταρασσον,

εὐλαβα-

ea videre, quæ non intellexerant, antequam fieret ad eos Sermo ipse; apud Deum vero Deum esse, ex eo, quod sit apud ipsum. Itaque fortasse talem quemdam ordinem intuitus Joannes in sermone non præposuit, *Deus erat Sermo*, illis verbis: *Sermo erat apud Deum*, nihil alioqui, quod ad enuntiationes attinet, obfutura serie ad intelligendam vim seorsum cujuscumque pronuntiati: unum namque pronuntiatum est: *In principio erat ille Sermo*; alterum: *Ille Sermo erat apud Deum*, & deinceps: *Et Deus erat ille Sermo.* Sed quoniam fortasse ordinem quemdam declarat, quia positum sit primo loco hoc pronuntiatum: *In principio erat ille Sermo*, juxta talem seriem: *Et Sermo erat apud Deum*, & tertio loco: *Et Deus erat Sermo*, idcirco dicitur: *Et ille Sermo erat apud Deum*, deinde: *Et Deus erat ille Sermo*, ut ille Sermo intelligi possit esse Deus, quia sit apud Deum.

2. Cæterum magna observatione (non tanquam non callens elaboratum Græcorum dicendi genus) alibi quidem articulis usus est Joannes, alibi vero reticuit: in voce namque, Sermonis, articulum cum addiderit, in Dei vocabulo aliquando id ponit, aliquando differentiæ gratia id non ponit. Nam cum Dei vocabulum ponitur de ingenito universorum auctore, articulum ponit, reticens illud, cum ille Sermo Deus nominatur. Proinde vide, ne forte ut in his locis differt Deus cum articulo, & Deus sine articulo, sic differat etiam ὁ λογος, (id est ille Sermo, vel illa ratio,) cum articulo, & λογος, id est Sermo, sive ratio, sine articulo. Ut enim Deus ille, qui est in omnibus, ille Deus est cum articulo, & non simpliciter Deus, sine articulo, sic fons rationis (quæ unicuique rationis capaci inest) ratio illa est, cum articulo; cum alioqui ratio, quæ in unoquoque inest, non perinde proprie, atque illa ratio prima, (quam fontem hujus dico,) nominetur, di-

ἐυλαβȣμενȣς δυο ἀναγορευσαι θεȣς, και παρα τȣτο περιπιπτοντας ψευδεσι και ἀσεβεσι δογμασιν, ἠτοι ἀρνȣμενȣς ἰδιοτητα υἱȣ ἑτεραν παρα την τȣ πατρος, ὁμολογȣντας θεον εἰναι τον μεχρι ὀνοματος παρ᾽ αὐτοις υἱον προσαγορευομενον· ἠ ἀρνȣμενȣς την θεοτητα τȣ υἱȣ, τιθεντας δε αὐτȣ την ἰδιοτητα, και την ȣσιαν κατα περιγραφην τυγχανȣσαν ἑτεραν τȣ πατρος, ἐντευθεν λυεσθαι δυναται. λεκτεον γαρ αὐτοις ὁτι τοτε μεν αὐτοθεος ὁ θεος ἐςι, διοπερ και ὁ σωτηρ φησιν ἐν τῃ προς τον πατερα ἐυχῃ· ἱνα γινωσκωσι σε τον μονον ἀληθινον θεον· παν δε το παρα το αὐτοθεος μετοχῃ της ἐκεινȣ θεοτητος θεοποιȣμενον, ȣχ ὁ θεος, ἀλλα θεος κυριωτερον ἀν λεγοιτο ᾡ παντως ὁ πρωτοτοκος πασης κτισεως, ἁτε πρωτος τῳ προς τον θεον εἰναι, σπασας της θεοτητος εἰς ἑαυτον, ἐςι τιμιωτερος τοις λοιποις παρ᾽ αὐτον θεοις, ὠν ὁ θεος θεος ἐςι, κατα το λεγομενον· θεος θεων κυριος ἐλαλησε, και ἐκαλεσε την γην, διακονησας το γενεσθαι θεοις, ἀπο τȣ θεȣ ἀρυσας εἰς το θεοποιηθηναι αὐτȣς, ἀφθονως, κἀκεινοις κατα την αὐτȣ χρηςοτητα μεταδιδȣς· ἀληθινος ȣν θεος ὁ θεος, οἱ δε κατ᾽ ἐκεινον μορφȣμενοι θεοι, ὡς εἰκονες πρωτοτυπȣ· ἀλλα παλιν των πλειονων εἰκονων ἡ ἀρχετυπος εἰκων ὁ προς τον θεον ἐςι λογος, ὁς ἐν ἀρχῃ ἠν τῳ εἰναι προς τον θεον ἀει μενων θεος, ȣκ ἀν δ᾽ αὐτο ἐσχηκως, εἰ μη προς τον θεον ἠν, και ȣκ ἀν μεινας θεος εἰ μη παρεμενε τῃ ἀδιαλειπτῳ θεᾳ τȣ πατρικȣ βαθȣς.

Αλλ᾽ ἐπει εἰκος προσκοψειν τινας τοις εἰρημενοις, ἑνος μεν ἀληθινȣ θεȣ τȣ πατρος ἀπαγγελλομενȣ, παρα δε

τον

caturque illa ratio, cum articulo. Et hinc ſolvi poteſt illud, quod perturbat multos profitentes ſe Dei amantes eſſe, ac verentes duos prædicare Deos; & propter hoc in falſa, & impia dogmata incidentes; vel negantes proprietatem Filii eſſe aliam a Patris proprietate; confitentes Deum eſſe cum nomine tantum, qui apud ipſos Filius appellatur; vel negantes Filii divinitatem, & ponentes ipſius proprietatem, & eſſentiam per circumſcriptionem exiſtere aliam a Patre. Dicendum enim eſt illis, quod αὐτοθεος quidem (hoc eſt, per ſe Deus) Deus ille eſt cum articulo, propter quod & Servator in precatione ad Patrem inquit: *Ut agnoſcant te illum ſolum verum Deum;* quicquid vero eſt præter hunc, qui αὐτοθεος dicitur (hoc eſt per ſe Deus), participatione & communione divinitatis illius deificatum, non ille Deus cum articulo, ſed Deus ſine articulo magis proprie dicendum eſſe, quo nomine omnino primogenitus omnis creaturæ, quippe qui cum primus ſit apud ipſum, attrahens divinitatem ad ſeipſum, honorabilior eſt reliquis Diis, qui ſunt præter ipſum, quorum ille Deus, Deus eſt, juxta id, quod dicitur: *Ille Deus Deorum dominus loquutus eſt, & vocavit terram*, dans eſſe Diis, a Deo hauriens abundanter, unde ipſos efficiat Deos, & unde illis juxta ſuam ipſius bonitatem ſuppeditet. Verus igitur Deus eſt ille Deus cum articulo: qui autem Dii efformantur ad ejus forman, velut imagines quædam ſunt primi exemplaris. Sed rurſus multarum imaginum archetypa imago eſt ille λογος, qui eſt apud Deum in principio exiſtens, quia ſit apud Deum ſemper manens Deus, haudquaquam id habiturus, niſi apud Deum eſſet; & haudquaquam Deus manſurus, niſi perpetuo permanſiſſet in contemplatione paternæ profunditatis.

3. Sed quoniam fortaſſe veriſimile eſt futurum, ut multi offendantur, quia dixerimus unum eſſe ve-

τον ἀληθινον Θεον Θεων πλειονων τῃ μετωχῃ τυ Θευ γινομένων, ἐυλαβυμενυς την τυ πασαν κτισιν ὑπερεχοντος δοξαν ἐξισωσαι τοις λοιποις της θεος προσηγοριας τυγχανυσι, προς τῃ ἀποδεδομενῃ διαφορᾳ, καθ' ἡν ἐφασκομεν πασι τοις λοιποις Θεοις διακονον ἐιναι της Θεοτητος τον Θεον λογον, και ταυτην παραςατεον· ὁ γαρ ἐν ἑκαςῳ λογος των λογικων τυτον τον λογον ἐχει προς τον ἐν ἀρχῃ λογον προς τον Θεον, ὀντα λογον θεον, ὁν ὁ Θεος λογος προς τον Θεον· ὡς γαρ αὐτοΘεος, και ἀληΘινος θεος ὁ πατηρ προς εἰκονα, και εἰκονας της εἰκονος, διο και κατ' εἰκονα λεγονται εἶναι οἱ ἀνΘρωποι, ὀυκ εἰκονες, ὀυτως ὁ αὐτος λογος προς τον ἐν ἑκαςῳ λογον. ἀμφοτερα γαρ πηγης ἐχει χωραν, ὁ μεν πατηρ, θεοτητος, ὁ δε υἱος, λογυ. ὡσπερ ὀυν θεοι πολλοι ἀλλ', ἡμιν εἱς Θεος ὁ πατηρ, και πολλοι κυριοι, ἀλλ' ἡμιν εἱς κυριος Ιησυς Χριςος· ὀυτως πολλοι λογοι, ἀλλ' ἡμιν ἐυχομεθα ὁπως ὑπαρχῃ ὁ ἐν ἀρχῃ λογος, ὁ προς τον Θεον ὠν ὁ θεος λογος· ὁς γαρ ὀυ χωρει τυτον τον λογον τον ἐν ἀρχῃ προς τον Θεον, ἡτοι αὐτῳ γενομενῳ σαρκι προσεξει, ἡ μεθεξειν των μετεσχηκοτων τινος τυτυ τυ λογυ, ἡ ἀποπεσων τυ μετεχειν τυ μετεσχηκοτος, ἐν παντῃ ἀλλοτριῳ τυ λογυ ἐςαι καλυμενῳ. σαφες δε ἐςαι το εἰρημενον ἐκ παραδειγματων των περι τυ Θευ, και τυ θευ λογυ, και θεων ἡτοι μετεχοντων Θευ, ἡ λεγομενων μεν, ὀυδαμως δε ὀντων θεων, και παλιν λογυ Θευ, και λογυ γενομενυ Θευ σαρκος, και λογων ἡτοι μετε-

rum Deum, nempe Patrem, & præter Deum verum multos factos Deos participatione Dei: verentes gloriam ejus, qui omnem creaturam præcellit, æquari reliquis obtinentibus appellationem Dei sine articulo, præter datam differentiam, per quam Deum λογον diximus reliquis omnibus Diis ministrum esse deitatis, etiam hæc differentia est apponenda. Ea enim ratio, quæ in singulis rationis capacibus inest, eamdem comparationem habet ad illam rationem, quæ in principio apud Deum est, & Deus est λογος, quam habet Deus λογος (id est ratio), sine articulo ad Deum illum cum articulo. Ut enim Pater ἀυτοθεος (hoc est per se Deus, & verus Deus) se habet ad imaginem, & ad imagines imaginis, quam ob causam etiam dicuntur homines non esse imagines, sed ad imaginem, sic hunc in modum se habet ipse λογος, hoc est ipsa ratio, ad eam, quæ est in singulis, rationem. Utraque enim locum obtinent fontis & originis; Pater quidem divinitatis, Filius vero λογȣ (id est rationis). Quemadmodum ergo Dii multi, sed nobis unus Deus est, nempe ille Pater; & multi Domini sunt, sed nobis unus Dominus est Jesus Christus: sic multi etiam sunt λογοι (hoc est rationes), sed nobis illum λογον (id est rationem illam) precamur inesse, quæ est in principio, quæ est apud Deum, Deus λογος. Qui enim non capit λογον hunc (id est rationem), quæ in principio apud Deum est, aut ipsum assequetur, quatenus caro factus est, aut particeps efficietur alicujus eorum, qui λογον hunc (id est rationem ipsam), assequuntur: si vero nec alicujus quidem horum, qui hujus rationis participes existunt, particeps effici poterit, in numero omnino eorum erit, qui a ratione alieni dicuntur. Id autem, quod diximus, palam efficietur ex exemplis de Deo illo, qui profertur cum articulo, & de illo λογῳ cum articulo, qui est Deus sine articulo, tum etiam de Diis,

μετεχοντων πως τε λογε, λογων δευτερων, ἢ τριτων, παρα τον προ παντων νομιζομενων μεν λογων, ἐκ ὀντων δε ἀληθως λογων, ἀλλ', ἰν' ἐτως εἰπω, ὁλον τετο ἀλογων λογων, ὡσπερ και ἐπι των λεγομενων μεν, ἐκ ὀντων δε Θεων ταξαι τις ἀν ἀντι τε ἀλογων λογων το ἐ Θεων Θεον. ὁ μεν ἐν Θεος των ὁλων, της ἐκλογης ἐςι Θεος, και πολυ μαλλον τε της ἐκλογης σωτηρος· ἐπειτα των ἀληθως Θεων ἐςι Θεος, και ἀπαξαπλως ζωντων, και ἐ νεκρων ἐςι Θεος· ὁ δε Θεος λογος ταχα των ἐν αὐτω ἱςαντων το παν και των πατερα αὐτον νομιζοντων ἐςι Θεος. ἡλιοις δε και σεληνη και ἀςερες, ὡς τινες των προ ἡμων διηγησαντο, ἀπενεμηθησαν τοις μη ἀξιοις ἐπιγραφεσθαι τον Θεον των Θεων Θεον αὐτων εἰναι. ἐτο δε ἐξεδεξαντο κινηθεντες ἐκ των ἐν τῳ δευτερονομιῳ τον τροπον τετον ἐχοντων, μη ἀναβλεψας εἰς τον ἐρανον, και ἰδων τον ἡλιον, και την σεληνην, και παντα τον κοσμον τε ἐρανε, πλανηθεις προσκυνησης αὐτοις, και λατρευσης αὐτοις, ἁ ἀπενειμεν αὐτα κυριος ὁ Θεος σε πασι τοις ἐθνεσιν· ὑμιν δε ἐχ ἐτως ἐδωκε κυριος ὁ Θεος σε. πως γαρ ἀπενειμε πασι τοις ἐθνεσιν ἡλιον και σεληνην και παντα τον κοσμον τε ἐρανε ὁ Θεος, ἐχ ἐτως δεδωκως αὐτα τῳ Ισραηλ; τῳ τες μη δυναμενες ἐπι την νοητ..ν ἀναδραμειν φυσιν, δι αἰσθητων Θεων κινεμενες περι θεοτητος, ἀγαπητως κἀν ἐν τετοις ἱςασθαι, και μη πιπτειν ἐπι εἰδωλα και δαιμονια. ἐκεν οἱ μεν Θεον ἐχεσι τον των ὁλων Θεον· οἱ δε παρα τετε δευτεροι ἱςαμενοι ἐπι τον υἱον τε Θεε τον Χριςον αὐτε· και τριτοι οἱ τον ἡλιον και την σεληνην και παντα τον κοσμον τε ἐρανε,

ἀπο

qui vel participant Deum, vel Dii quidem dicuntur, nullo pacto autem sunt; & rursus de λογῳ Deo, & de λογῳ, qui factus est caro nec non de λογοις, qui hunc quodam modo participant, & λογοι secundi, ac tertii ab ipso dicuntur, & λογοι esse existimantur, cum tamen vere non sint, sed potius, ut ita loquar, prorsus dici merentur ἀλογοι λογοι (hoc est rationes irrationales), quemadmodum etiam de iis, qui Dii quidem dicuntur, cum non sint, diceret aliquis Dii non Dii: non secus enim & hi vocantur ἀλογοι λογοι, hoc est rationes ratione carentes. Atque ille quidem Deus universorum, electionis est Deus, & multo magis illius, qui hanc servavit: deinceps eorum, qui vere sunt Dii, & ut semel dicam, Deus est viventium, & non mortuorum; at vero Deus λογος, fortasse Deus est eorum, qui in ipso sistunt omnia, quique existimant ipsum esse Patrem. Sol autem, & luna & astra, ut ante nos quidam disseruerunt, illis attributa fuerunt, qui minus digni habentur, ut illo titulo, ac laude cohonestentur, ut Deus Deorum, Deus ipsorum sit. Sic autem intellexerunt adducti verbis Deuteronomii, quæ ita sese habent: *Ne cum suspexeris in cælum, & intuitus fueris solem & lunam, & omne cæli ornamentum, deceptus adores ea, & servias eis, quæ ipsa distribuit Deus tuus cunctis gentibus.* Vobis autem non sic dedit Dominus Deus tuus. Sed qui distribuit cunctis gentibus solem & lunam, & omne cœli ornamentum Deus, cum sic non dederit Israeli? Scilicet ut qui non possunt ad intelligibilem recurrere naturam, rebus corporeis, ac sub sensum cadentibus divinitatem esse suspicati, vel lubenter in his sisterent, non prolapsi ad idola & dæmonia. Deum igitur alii quidem Deum universorum habent; qui vero hos proxime sequuntur, in Christum Dei ipsius filium defixi sunt. Tertii vero sunt, qui solem, lunam, omneque cœli ornamentum (habentes)

ἀπο Θεῦ μεν πλανηθεντες, πλην πλανην πολλῷ διαφερουσαν και κρειττονα των καλουντων Θεους ἐργα χειρων ἀνθρωπων, χρυσον και ἀργυρον, τεχνης ἐμμελετηματα. τελευταιοι δε εἰσιν οἱ λεγομενοις μεν θεοις ἀνακειμενοι, οὐδαμως δε οὖσιν θεοις. οὕτω τοινυν οἱ μεν τινες μετεχουσιν αὐτου του ἐν ἀρχῃ λογου, και προς τον Θεον λογου, και Θεου λογου, ὥσπερ Ωσηε, και Ησαϊας, και Ιερεμιας, και εἰ τις ἑτερος τοιουτον ἑαυτον παρεστησεν, ὡς τον λογον κυριου ἢ τον λογον γενεσθαι προς αὐτον. ἑτεροι δε οἱ μηδεν εἰδοτες εἰ μη Ιησουν Χριστον, και τουτον ἐσαυρωμενον, τον γενομενον σαρκα λογον, το παν νομισαντες εἰναι του λογου Χριστον κατα σαρκα μονον γινωσκουσι. τοιουτον δε ἐστι το πληθος των πεπιστευκεναι νομιζομενων. και τριτοι λογοις μετεχουσι τι του λογου ὡς παντα ὑπερεχουσι λογον προσεσχηκασι, και μηποτε οὗτοι εἰσιν οἱ μετερχομενοι τας ἐυδοκιμουσας και διαφερουσας ἐν φιλοσοφιᾳ παρ᾽ ἑλλησιν αἱρεσεις. τεταρτοι δε παρα τουτους οἱ πεπιστευκοτες λογοις παντη διεφθοροσι και ἀθεοις, την ἐναργη και σχεδον αἰσθητην προνοιαν ἀναιρουσι, και ἀλλο τι τελος παρα το καλον ἀποδεχομενοις. εἰ και ἐδοξαμεν δε παρεκβεβηκεναι, οἶμαι δ᾽ ὅτι παρκειμενως ὑπερ του σαφως ἰδεῖν τεσσαρα πραγματα κατα το Θεος ὀνομα, και τεσσαρα κατα το λογος, τουτο πεποιηκαμεν· ἦν γαρ ὁ Θεος, και Θεος, εἰτα Θεοι διχῶς, ὧν του κρειττονος ταγματος ὑπερεχειν ὁ Θεος λογος ὑπερεχομενος ὑπο του των ὁλων Θεου. και παλιν ἦν ὁ λογος, ταχα δε και λογος, ὁμοιως τῳ ὁ Θεος και Θεος· και οἱ λογοι διχως, οἰκειοι τε ἀνθρωπινοι οἱ μεν τῳ πατρι, μεριδες ὀντες αὐτου και τουτοις παρακειμενοι, οὓς νυν σαφεστερον ὁ λογος ἡμιν παριστησιν, οἱ ἐπι τον σωτηρα

φθασαντες,

a Deo aberrant, verumtamen errore longe præcellenti præstantioreque, quam eorum, qui vocant Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis excogitationes. At omnium ultimi sunt, qui dicati sunt his, qui Dii quidem dicuntur, haudquaquam vero sunt. Similiter igitur aliqui participant quidem ipsius λογȣ (id est rationis sive sermonis), qui est in principio, qui est apud Deum, qui est Deus, velut Oseas, & Jeremias, & Esaias, & siquis alius talem seipsum exhibuit, ut sermo Domini, vel sermo ad se fieret; alii vero, qui nihil sciunt, nisi Jesum Christum & hunc crucifixum, tantum secundum carnem agnoscunt Christum, existimantes se habere amplius nihil de sermone, nisi quod caro factus est: cujusmodi est multitudo eorum, qui credere putantur. Jam tertii se sermonibus aliquantulum illum sermonem participantibus applicuerunt, perinde quasi sermones illi omnem sermonem præcellant. Et forte hi sunt, qui præclaras in Philosophia, & præstantes sectas apud Gentiles exercent. Quarto vero loco ab his numerandi sunt illi, qui sermonibus prorsus corruptis & impiis crediderunt, evidentem, ac fere sub sensum cadentem de medio tollentes providentiam, aliumque finem quemdam, præter bonum honestumve approbantes. Quod si digredi visi sumus, commode tamen id fecisse remur, & apposite, nimirum quod ad Dei nomen attinet, res quatuor in eo inspecturi, & totidem in nomine λογος (qui est ratio sive sermo). Erat enim Deus cum articulo, & Deus sine articulo, deinde Dii dupliciter. (Quorum meliorem ordinem Deus Verbum superat, a Deo rerum omnium ipse superatus. Et rursum erat ὁ λογος, fortassis autem & λογος, eodem modo quo ὁ Θεος & Θεος. Verborum etiam duo sunt genera, quorum humana propria sunt alia quidem Patris, quod ejus partes sint, & his finitima, quæ nunc verbum apertius & planius nobis

explanat,

ἐυλαβȣμενȣς δυο ἀναγορευσαι θεȣς, και παρα τȣτο περιπιπτοντας ψευδεσι και ἀσεβεσι δογμασιν, ἠτοι ἀρνȣμενȣς ἰδιοτητα υἱȣ ἑτεραν παρα την τȣ πατρος, ὁμολογȣντας θεον εἰναι τον μεχρι ὀνοματος παρ' ἀυτοις υἱον προσαγορευομενον· ἠ ἀρνȣμενȣς την θεοτητα τȣ υἱȣ, τιθεντας δε αὐτȣ την ἰδιοτητα, και την ȣσιαν κατα περιγραφην τυγχανȣσαν ἑτεραν τȣ πατρος, ἐντευθεν λυεσθαι δυναται. λεκτεον γαρ αὐτοις ὁτι τοτε μεν αὐτοθεος ὁ θεος ἐςι, διοπερ και ὁ σωτηρ φησιν ἐν τῃ προς τον πατερα ἐυχῃ· ἱνα γινωσκωσι σε τον μονον ἀληθινον θεον· παν δε το παρα το αὐτοθεος μετοχῃ της ἐκεινȣ θεοτητος θεοποιȣμενον, ȣχ ὁ θεος, ἀλλα θεος κυριωτερον ἀν λεγοιτο ᾡ παντως ὁ πρωτοτοκος πασης κτισεως, ἀτε πρωτος τῳ προς τον θεον εἰναι, σπασας της θεοτητος εἰς ἑαυτον, ἐςι τιμιωτερος τοις λοιποις παρ' αὐτον θεοις, ὡν ὁ θεος θεος ἐςι, κατα το λεγομενον· θεος θεων κυριος ἐλαλησε, και ἐκαλεσε την γην, διακονησας το γενεσθαι θεοις, ἀπο τȣ θεȣ ἀρυσας εἰς το θεοποιηθηναι αὐτȣς, ἀφθονως, κἀκεινοις κατα την αὐτȣ χρηςοτητα μεταδιδȣς· ἀληθινος ὀυν θεος ὁ θεος, οἱ δε κατ' ἐκεινον μορφȣμενοι θεοι, ὡς εἰκονες πρωτοτυπȣ· ἀλλα παλιν των πλειονων εἰκονων ἡ ἀρχετυπος εἰκων ὁ προς τον θεον ἐςι λογος, ὁς ἐν ἀρχῃ ἠν τῳ εἰναι προς τον θεον ἀει μενων θεος, ȣκ ἀν δ' αὐτο ἐσχηκως, εἰ μη προς τον θεον ἠν, και ȣκ ἀν μεινας θεος εἰ μη παρεμενε τῃ ἀδιαλειπτῳ θεᾳ τȣ πατρικȣ βαθȣς.

Αλλ' ἐπει εἰκος προσκοψειν τινας τοις εἰρημενοις, ἑνος μεν ἀληθινȣ θεȣ τȣ πατρος ἀπαγγελλομενȣ, παρα δε τον

caturque illa ratio, cum articulo. Et hinc ſolvi poteſt illud, quod perturbat multos profitentes ſe Dei amantes eſſe, ac verentes duos prædicare Deos; & propter hoc in falſa, & impia dogmata incidentes; vel negantes proprietatem Filii eſſe aliam a Patris proprietate; confitentes Deum eſſe cum nomine tantum, qui apud ipſos Filius appellatur; vel negantes Filii divinitatem, & ponentes ipſius proprietatem, & eſſentiam per circumſcriptionem exiſtere aliam a Patre. Dicendum enim eſt illis, quod αὐτοθεος quidem (hoc eſt, per ſe Deus) Deus ille eſt cum articulo, propter quod & Servator in precatione ad Patrem inquit: *Ut agnoſcant te illum ſolum verum Deum;* quicquid vero eſt præter hunc, qui αὐτοθεος dicitur (hoc eſt per ſe Deus), participatione & communione divinitatis illius deificatum, non ille Deus cum articulo, ſed Deus ſine articulo magis proprie dicendum eſſe, quo nomine omnino primogenitus omnis creaturæ, quippe qui cum primus ſit apud ipſum, attrahens divinitatem ad ſeipſum, honorabilior eſt reliquis Diis, qui ſunt præter ipſum, quorum ille Deus, Deus eſt, juxta id, quod dicitur: *Ille Deus Deorum dominus loquutus eſt, & vocavit terram*, dans eſſe Diis, a Deo hauriens abundanter, unde ipſos efficiat Deos, & unde illis juxta ſuam ipſius bonitatem ſuppeditet. Verus igitur Deus eſt ille Deus cum articulo: qui autem Dii efformantur ad ejus forman, velut imagines quædam ſunt primi exemplaris. Sed rurſus multarum imaginum archetypa imago eſt ille λογος, qui eſt apud Deum in principio exiſtens, quia ſit apud Deum ſemper manens Deus, haudquaquam id habiturus, niſi apud Deum eſſet; & haudquaquam Deus manſurus, niſi perpetuo permanſiſſet in contemplatione paternæ profunditatis.

3. Sed quoniam fortaſſe veriſimile eſt futurum, ut multi offendantur, quia dixerimus unum eſſe ve-

τον ἀληθινον Θεον Θεῶν πλειονων τῃ μετωχῃ τȣ Θεȣ γινομενων, ἐυλαβȣμενȣς την τȣ πασαν κτισιν ὑπερεχοντος δοξαν ἐξισωσαι τοις λοιποις της θεος προσηγοριας τυγχανȣσι, προς τῃ ἀποδεδομενῃ διαφορᾳ, καθ' ἡν ἐφασκομεν πασι τοις λοιποις Θεοις διακονον εἶναι της Θεοτητος τον Θεον λογον, και ταυτην παραςατεον· ὁ γαρ ἐν ἑκαςῳ λογος των λογικων τȣτον τον λογον ἐχει προς τον ἐν ἀρχῃ λογον προς τον Θεον, ὀντα λογον θεον, ὁν ὁ Θεος λογος προς τον Θεον· ὡς γαρ αὐτοΘεος, και ἀληΘινος θεος ὁ πατηρ προς εἰκενα, και εἰκονας της εἰκονος, διο και κατ' εἰκονα λεγονται εἶναι οἱ ἀνΘρωποι, ȣ̓κ εἰκονες, ȣ̔τως ὁ αὐτος λογος προς τον ἐν ἑκαςῳ λογον. ἀμφοτερα γαρ πηγης ἐχει χωραν, ὁ μεν πατηρ, θεοτητος, ὁ δε υἱος, λογȣ. ὡσπερ ȣ̓ν θεοι πολλοι ἀλλ', ἡμιν εἱς Θεος ὁ πατηρ, και πολλοι κυριοι, ἀλλ' ἡμιν εἱς κυριος Ιησȣς Χριςος· ȣ̔τως πολλοι λογοι, ἀλλ' ἡμιν ἐυχομεθα ὁπως ὑπαρχῃ ὁ ἐν ἀρχῃ λογος, ὁ προς τον Θεον ὠν ὁ θεος λογος· ὁς γαρ ȣ̓ χωρει τȣτον τον λογον τον ἐν ἀρχῃ προς τον Θεον, ἡτοι αὐτῳ γενομενῳ σαρκι προσεξει, ἡ μεθεξειν των μετεσχηκοτων τινος τȣτȣ τȣ λογȣ, ἡ ἀποπεσων τȣ μετεχειν τȣ μετεσχηκοτος, ἐν παντῃ ἀλλοτριῳ τȣ λογȣ ἐςαι καλȣμενῳ. σαφες δε ἐςαι το εἰρημενον ἐκ παραδειγματων των περι τȣ Θεȣ, και τȣ θεȣ λογȣ, και θεων ἡτοι μετεχοντων Θεȣ, ἡ λεγομενων μεν, ȣ̓δαμως δε ὀντων θεων, και παλιν λογȣ Θεȣ, και λογȣ γενομενȣ Θεȣ σαρκος, και λογων ἡτοι

μετε-

rum Deum, nempe Patrem, & præter Deum verum multos factos Deos participatione Dei: verentes gloriam ejus, qui omnem creaturam præcellit, æquari reliquis obtinentibus appellationem Dei fine articulo, præter datam differentiam, per quam Deum λογον diximus reliquis omnibus Diis ministrum esse deitatis, etiam hæc differentia est apponenda. Ea enim ratio, quæ in singulis rationis capacibus inest, eamdem comparationem habet ad illam rationem, quæ in principio apud Deum est, & Deus est λογος, quam habet Deus λογος (id est ratio), sine articulo ad Deum illum cum articulo. Ut enim Pater αὐτοθεος (hoc est per se Deus, & verus Deus) se habet ad imaginem, & ad imagines imaginis, quam ob causam etiam dicuntur homines non esse imagines, sed ad imaginem, sic hunc in modum se habet ipse λογος, hoc est ipsa ratio, ad eam, quæ est in singulis, rationem. Utraque enim locum obtinent fontis & originis; Pater quidem divinitatis, Filius vero λογου (id est rationis). Quemadmodum ergo Dii multi, sed nobis unus Deus est, nempe ille Pater; & multi Domini sunt, sed nobis unus Dominus est Jesus Christus: sic multi etiam sunt λογοι (hoc est rationes), sed nobis illum λογον (id est rationem illam) precamur inesse, quæ est in principio, quæ est apud Deum, Deus λογος. Qui enim non capit λογον hunc (id est rationem), quæ in principio apud Deum est, aut ipsum assequetur, quatenus caro factus est, aut particeps efficietur alicujus eorum, qui λογον hunc (id est rationem ipsam), assequuntur: si vero nec alicujus quidem horum, qui hujus rationis participes existunt, particeps effici poterit, in numero omnino eorum erit, qui a ratione alieni dicuntur. Id autem, quod diximus, palam efficietur ex exemplis de Deo illo, qui profertur cum articulo, & de illo λογῳ cum articulo, qui est Deus sine articulo, tum etiam de Diis,

μετεχοντων πως τȣ λογȣ, λογων δευτερων, ἢ τριτων, παρα τον προ παντων νομιζομενων μεν λογων, ȣ̓κ ὀντων δε ἀληθως λογων, ἀλλ', ἱν' ȣ̔τως εἰπω, ὁλον τȣτο ἀλογων λογων, ὡσπερ και ἐπι των λεγομενων μεν, ȣ̓κ ὀντων δε Θεων ταξαι τις ἀν ἀντι τȣ ἀλογων λογων το ȣ̓ Θεων Θεον. ὁ μεν ȣ̓ν Θεος των ὁλων, της ἐκλογης ἐςι Θεος, και πολυ μαλλον τȣ της ἐκλογης σωτηρος· ἐπειτα των ἀληθως Θεων ἐςι Θεος, και ἀπαξαπλως ζωντων, και ȣ̓ νεκρων ἐςι Θεος· ὁ δε Θεος λογος ταχα των ἐν αὐτω ἱςαντων το παν και των πατερα αὐτον νομιζοντων ἐςι Θεος. ἡλοις δε και σεληνη και ἀςερες, ὡς τινες των προ ἡμων διηγησαντο, ἀπενεμηθησαν τοις μη ἀξιοις ἐπιγραφεσθαι τον Θεον των Θεων Θεον αὐτων εἰναι. ȣ̔το δε ἐξεδεξαντο κινηθεντες ἐκ των ἐν τῳ δευτερονομιῳ τον τροπον τȣτον ἐχοντων, μη ἀναβλεψας εἰς τον ȣ̓ρανον, και ἰδων τον ἡλιον, και την σεληνην, και παντα τον κοσμον τȣ ȣ̓ρανȣ, πλανηθεις προσκυνησῃς αὐτοις, και λατρευσῃς αὐτοις, ἁ ἀπενειμεν αὐτα κυριος ὁ Θεος σȣ πασι τοις ἐθνεσιν· ὑμιν δε ȣ̓χ ȣ̔τως ἐδωκε κυριος ὁ Θεος σȣ. πως γαρ ἀπενειμε πασι τοις ἐθνεσιν ἡλιον και σεληνην και παντα τον κοσμον τȣ ȣ̓ρανȣ ὁ Θεος, ȣ̓χ ȣ̔τως δεδωκως αὐτα τῳ Ισραηλ; τῳ τȣς μη δυναμενȣς ἐπι την νοητὴν ἀναδραμειν φυσιν, δἰ αἰσθητων Θεων κινȣμενȣς περι θεοτητος, ἀγαπητως κἀν ἐν τȣτοις ἱςασθαι, και μη πιπτειν ἐπι εἰδωλα και δαιμονια. ȣ̓κȣν οἱ μεν Θεον ἐχȣσι τον των ὁλων Θεον· οἱ δε παρα τȣτȣ δευτεροι ἱςαμενοι ἐπι τον υἱον τȣ Θεȣ τον Χριςον αὐτȣ· και τριτοι οἱ τον ἡλιον και την σεληνην και παντα τον κοσμον τȣ ȣ̓ρανȣ,

qui vel participant Deum, vel Dii quidem dicuntur, nullo pacto autem sunt; & rursus de λογῳ Deo, & de λογῳ, qui factus est caro nec non de λογοις, qui hunc quodam modo participant, & λογοι secundi, ac tertii ab ipso dicuntur, & λογοι esse existimantur, cum tamen vere non sint, sed potius, ut ita loquar, prorsus dici merentur ἀλογοι λογοι (hoc est rationes irrationales), quemadmodum etiam de iis, qui Dii quidem dicuntur, cum non sint, diceret aliquis Dii non Dii: non secus enim & hi vocantur ἀλογοι λογοι, hoc est rationes ratione carentes. Atque ille quidem Deus universorum, electionis est Deus, & multo magis illius, qui hanc servavit: deinceps eorum, qui vere sunt Dii, & ut semel dicam, Deus est viventium, & non mortuorum; at vero Deus λογος, fortasse Deus est eorum, qui in ipso sistunt omnia, quique existimant ipsum esse Patrem. Sol autem, & luna & astra, ut ante nos quidam differuerunt, illis attributa fuerunt, qui minus digni habentur, ut illo titulo, ac laude cohonestentur, ut Deus Deorum, Deus ipsorum sit. Sic autem intellexerunt adducti verbis Deuteronomii, quæ ita sese habent: *Ne cum suspexeris in cælum, & intuitus fueris solem & lunam, & omne cæli ornamentum, deceptus adores ea, & servias eis, quæ ipsa distribuit Deus tuus cunctis gentibus.* Vobis autem non sic dedit Dominus Deus tuus. Sed qui distribuit cunctis gentibus solem & lunam, & omne cæli ornamentum Deus, cum sic non dederit Israeli? Scilicet ut qui non possunt ad intelligibilem recurrere naturam, rebus corporeis, ac sub sensum cadentibus divinitatem esse suspicati, vel lubenter in his sisterent, non prolapsi ad idola & dæmonia. Deum igitur alii quidem Deum universorum habent; qui vero hos proxime sequuntur, in Christum Dei ipsius filium defixi sunt. Tertii vero sunt, qui solem, lunam, omneque cæli ornamentum (habentes)

ἀπο Θεȣ μεν πλανηθεντες, πλην πλανην πολλῷ διαφερȣσαν και κρειττονα των καλȣντων Θεȣς ἐργα χειρων ἀνθρωπων, χρυσον και ἀργυρον, τεχνης ἐμμελετηματα. τελευταιοι δε εἰσιν οἱ λεγομενοις μεν θεοις ἀνακειμενοι, ȣ̓δαμως δε ȣ̓σιν θεοις. ȣ̔τω τοινυν οἱ μεν τινες μετεχȣσιν αὐτȣ τȣ ἐν ἀρχῃ λογȣ, και προς τον Θεον λογȣ, και Θεȣ λογȣ, ὡσπερ Ωσηε, και Ησαϊας, και Ιερεμιας, και εἰ τις ἑτερος τοιȣτον ἑαυτον παρεϛησεν, ὡς τον λογον κυριȣ ἠ τον λογον γενεσθαι προς αὐτον. ἑτεροι δε οἱ μηδεν εἰδοτες εἰ μη Ιησȣν Χριϛον, και τȣτον ἐϛαυρωμενον, τον γενομενον σαρκα λογον, το παν νομισαντες εἰναι τȣ λογȣ Χριϛον κατα σαρκα μονον γινωσκȣσι. τοιȣτον δε ἐϛι το πληθος των πεπιϛευκεναι νομιζομενων. και τριτοι λογοις μετεχȣσι τι τȣ λογȣ ὡς παντα ὑπερεχȣσι λογον προσεσχηκασι, και μηποτε ȣ̔τοι εἰσιν οἱ μετερχομενοι τας ἐυδοκιμȣσας και διαφερȣσας ἐν φιλοσοφιᾳ παρ᾽ ἑλλησιν αἱρεσεις. τεταρτοι δε παρα τȣτȣς οἱ πεπιϛευκοτες λογοις παντη διεφθοροσι και ἀθεοις, την ἐναργη και σχεδον αἰσθητην προνοιαν ἀναιρȣσι, και ἀλλο τι τελος παρα το καλον ἀποδεχομενοις. εἰ και ἐδοξαμεν δε παρεκβεβηκεναι, οἰμαι δ᾽ ὁτι παρκειμενως ὑπερ τȣ σαφως ἰδεῖν τεσσαρα πραγματα κατα το Θεος ὀνομα, και τεσσαρα κατα το λογος, τȣτο πεποιηκαμεν· ἠν γαρ ὁ Θεος, και Θεος, εἰτα Θεοι διχῶς, ὡν τȣ κρειττονος ταγματος ὑπερεχειν ὁ Θεος λογος ὑπερεχομενος ὑπο τȣ των ὁλων Θεȣ. και παλιν ἠν ὁ λογος, ταχα δε και λογος, ὁμοιως τῳ ὁ Θεος και Θεος· και οἱ λογοι διχως, οἰκειοι τε ἀνθρωπινοι οἱ μεν τῳ πατρι, μεριδες ὀντες αὐτȣ και τȣτοις παρακειμενοι, ȣ̔ς νυν σαφεϛερον ὁ λογος ἡμιν παριϛησιν, οἱ ἐπι τον σωτηρα

φθασαντες,

a Deo aberrant, verumtamen errore longe præcellenti præstantioreque, quam eorum, qui vocant Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis excogitationes. At omnium ultimi sunt, qui dicati sunt his, qui Dii quidem dicuntur, haudquaquam vero sunt. Similiter igitur aliqui participant quidem ipsius λογȣ (id est rationis sive sermonis), qui est in principio, qui est apud Deum, qui est Deus, velut Oseas, & Jeremias, & Esaias, & siquis alius talem seipsum exhibuit, ut sermo Domini, vel sermo ad se fieret; alii vero, qui nihil sciunt, nisi Jesum Christum & hunc crucifixum, tantum secundum carnem agnoscunt Christum, existimantes se habere amplius nihil de sermone, nisi quod caro factus est: cujusmodi est multitudo eorum, qui credere putantur. Jam tertii se sermonibus aliquantulum illum sermonem participantibus applicuerunt, perinde quasi sermones illi omnem sermonem præcellant. Et forte hi sunt, qui præclaras in Philosophia, & præstantes sectas apud Gentiles exercent. Quarto vero loco ab his numerandi sunt illi, qui sermonibus prorsus corruptis & impiis crediderunt, evidentem, ac fere sub sensum cadentem de medio tollentes providentiam, aliumque finem quemdam, præter bonum honestumve approbantes. Quod si digredi visi sumus, commode tamen id fecisse remur, & apposite, nimirum quod ad Dei nomen attinet, res quatuor in eo inspecturi, & totidem in nomine λογος (qui est ratio sive sermo). Erat enim Deus cum articulo, & Deus sine articulo, deinde Dii dupliciter. (Quorum meliorem ordinem Deus Verbum superat, a Deo rerum omnium ipse superatus. Et rursum erat ὁ λογος, fortassis autem & λογος, eodem modo quo ὁ Θεος & Θεος. Verborum etiam duo sunt genera, quorum humana propria sunt alia quidem Patris, quod ejus partes sint, & his finitima, quæ nunc verbum apertius & planius nobis explanat,

φθασαντες, και το παν ἐν αὐτῳ ἱςαντες· και τριτοι οἱ προειρημενοι, ἡλιον και σεληνην, και ἀςερας νομιζοντες Θεȣς, και ἐν αὐτοις ἱςαμενοι. ἐπι πασι δε, και ἐν τῃ κατω χωρᾳ οἱ τοις ἀψυχοις και νεκροις εἰδωλοις ἐκκειμενοι. το δε ἀναλογον και ἐπι των κατα τον λογον ἑυρισκομεν, οἱ μεν γαρ αὐτῳ τῳ λογῳ κεκοσμηνται· οἱ δε παρακειμενῳ τινι αὐτῳ, και δοκȣντι εἰναι, αὐτῳ τῳ πρωτῳ λογῳ, οἱ μηδεν εἰδοτες, εἰ μη Ιησȣν Χριςον, και τȣτον ἐςαυρωμενον, οἱ τον λογον σαρκα ὁρωντες· και τριτοι, ȣς προ βραχεως εἰρηκαμεν. τι δε δει λεγειν περι των νομιζομενων μεν ἐν λογῳ τυγχανειν, ἀποπεπτωκοτων δε ȣ μονον αὐτȣ τȣ καλȣ, ἀλλα και των ἰχνεων, και μετεχοντων αὐτȣ;

Οὑτως ἠν ἐν ἀρχῃ προς τον Θεον. Δια των προειρημενων τριων προτασεων ταγματα τρια διδαξας ἡμας ὁ ἐυαγγελιςης συγκεφαλαιȣται τα τρια εἰς ἑν λεγων το· ȣτος ἠν ἐν ἀρχῃ προς τον Θεον. πρωτον δε των τριων μεμαθηκαμεν ἐν τινι ἠν ὁ λογος, ὁτι ἐν ἀρχῃ και προς τινα ȣτος ἠν, ὁτι προς τον Θεον και τις ὁ λογος ἠν, ὁτι Θεος· οἱονει ȣν δεικνυς τον προειρημενον Θεον λογον δια τȣ, ȣτος, και συναγων εἰς τεταρτην προτασιν το τε· ἐν ἀρχῃ ἠν ὁ λογος, και το· ὁ λογος ἠν προς τον Θεον, και Θεος ἠν ὁ λογος, Φησιν· ȣτος ἠν ἐν ἀρχῃ προς τον Θεον. δυναται μεντοιγε το της ἀρχης ὀνομα λαμβανεσθαι και ἐπι της τȣ κοσμȣ ἀρχης, μανθανοντων ἡμων δια των λεγομενων ὁτι πρεσβυτερος ὁ λογος των ἀπαρχης γενομενων ἠν. εἰ γαρ ἐν ἀρχῃ ἐποιησεν ὁ Θεος τον ȣρανον και την γην, το δε, ἐν ἀρχῃ ἠν, σαφως πρεσβυτερον ἐςι τȣ ἐν ἀρχῃ πεποιημενȣ, ȣ μονον ςερεωματος και ξηρας, ἀλλα ȣρανȣ και γης πρεσβυτερος ἐςιν ὁ λογος. ταχα δε ȣκ ἀτοπως τις ζητησαι ἀν δια τι ȣκ εἰρηται· ἐν ἀρχῃ ἠν ὁ λογος τȣ Θεȣ, και ὁ λογος τȣ Θεȣ ἠν προς τον Θεον, και Θεος ἠν ὁ λογος τȣ Θεȣ.

ἀκολȣθον

explanat, quæ ad Servatorem pervenerunt, & omni ex parte in eo adstiterunt. Ac tertia sunt, quæ ante commemoravimus, solem ac lunam & stellas Deos esse existimantia, & in eis hærentia. Sed præter hæc omnia, sunt etiam in loco inferiore, quæ inanima & mortua idola venerantur. Similia quoque de iis, quæ ad Verbum pertinent reperimus: alia enim ipso Verbo ornata sunt, alia aliquo ei vicino ac finitimo, quod primum Verbum esse videtur, quæ nihil sciunt, nisi Jesum Christum & hunc crucifixum, eademque Verbum carnem vident. Tertia etiam, quæ paulo ante diximus. Quid vero attinet de iis dicere, qui in Verbo esse existimantur, sed non solum ab honesto, verum etiam ab ejus vestigiis, atque iis, qui ejus sunt participes, aberrarunt?

4. *Hic erat in principio apud Deum.* Tribus prædictis propositionibus, tres ordines nos docens Evangelista, tria in unum connectit, dicens: *Hic erat in principio apud Deum.* In prima propositione didicimus, in quo erat λογος: videlicet, quod in principio: & apud quem hic erat, videlicet, quod apud Deum: & quisnam λογος erat, videlicet, quod Deus. Tanquam ergo demonstrans Sermonem, quem ante dixerat Deum per particulam, *Hic*, & in quartam propositionem congregans illud: *In principio erat Sermo, & Sermo erat apud Deum, & Deus erat ille Sermo;* inquit: *Hic erat in principio apud Deum.* Potest tamen principii nomen sumi etiam de principio mundi, addiscentibus nobis per hæc dicta, Sermonem illum antiquiorem esse rebus a principio factis. Nam si *in principio fecit Deus cœlum & terram*, clarum est id, quod in principio erat, antiquius esse eo, quod in principio factum est: nec solum firmamento & arida, sed cœlo & terra Sermo ille est antiquior. Forte autem non absurde quis inquirat, quare non sit dictum, In principio erat Sermo Dei; & Sermo Dei erat apud

Deum;

ἀκολουθον δε ἐστι τον ζητουντα τι δηποτε ου γεγραπται, ἐν ἀρχῃ ὁ λογος του Θεου, και τα ἑξης, πλειονας ἀποφαινεσθαι λογους, ἐφι ταχα ἑτερογενεις, ἡ ὁ μεν τις του Θεου λογος, ἑτερος δε φερε εἰπειν ἀγγελων λογος, και ἀλλος ἀνθρωπων, και οὑτως ἐπι των λοιπων λογων· εἰ δε λογος, ταχα και σοφια και δικαιοσυνη· ἀτοπον δε πλειονας φασκειν της, λογος, προσηγοριας κυριως τυγχανειν, και τη σοφια και τη δικαιοσυνη, και πληχθησομεθα προς το μη δειν ζητειν πλειονας λογους και σοφιας και δικαιοσυνας κυριως οὑτως ὀνομαζομενα ἀπο της ἀληθειας. πας γαρ ὁστισουν ὁμολογησαι ἀν μιαν εἰναι την ἀληθειαν. ου γαρ και ἐπ᾽ αυτης τολμησαι τις λεγειν ἑτεραν εἰναι την του Θεου ἀληθειαν, και ἑτεραν την των ἀγγελων, και ἀλλην την των ἀνθρωπων· ἐν γαρ τη φυσει των ὀντων μια ἡ περι ἑκαστου ἀληθεια, εἰ δε ἀληθεια μια, δηλονοτι και ἡ κατασκευη αὐτης, και ἡ ἀποδειξις σοφια τυγχανουσα μια ἐυλογως ἀν νοοιτο πασης της νομιζομενης σοφιας, ου κρατουσης της ἀληθειας, ουδε σοφιας ἀν ὑγιως χρηματιζουσης. εἰ δε ἀληθεια μια, και σοφια μια, και λογος ὁ ἀπαγγελλων την ἀληθειαν και την σοφιαν ἁπλων και φανερων εἰς τους χωρητικους, εἰς ἀν τυγχανοι. και ουχι ταυτα φαμεν ἀρνουμενοι την ἀληθειαν και την σοφιαν και τον λογον εἰναι του Θεου, ἀλλα δεικνυντες το χρησιμον του σεσιωπησθαι, του Θεου, και μη ἀναγεγραφθαι· ἐν ἀρχῃ ἠν ὁ λογος του Θεου. ὁ αὐτος δε Ιωαννης ἐν τη ἀποκαλυψει και μετα της προσθηκης αὐτον ὀνομαζει της Θεου λεγων· και εἰδον ουρανον ἀνεωγμενον, ἰδου ἱππος λευκος, και ὁ καθημενος ἐπ᾽ αὐτον καλουμενος πιστος και ἀληθινος, και ἐν δικαιοσυνη κρινει και πολεμει. οἱ δε ὀφθαλμοι αὐτου ὡς φλοξ πυρος, και ἐπι την κεφαλην αὐτου διαδηματα πολλα, ἐχων ὀνομα γεγραμμενον ὁ ουδεις οἰδεν ἐν μη αὐτος, και περιβεβλημενος ἱματιον ἐρραντισμενον αἱματι, και ἐκεκλητο το ὀνομα

αὐτου,

Deum; & Deus erat ille Sermo Dei. Sed consequitur, ut qui quærit, cur tandem non scriptum sit, In principio erat Sermo Dei, & quæ sequuntur, plures enunciet esse Sermones, & fortasse diversi generis. Vel unus quidem erit Dei Sermo, alter (ut ita dicam) Angelorum Sermo, alius item hominum, & ita in cæteris Sermonibus. Quod si vocabulum, Sermo, hoc modo se habebit, idem fortassis censendum erit de sapientia, & de justitia. Absurdum est autem dicere plures vocis hujus, Sermo, compotes fieri; & hujus, Sapientia; & illius, Justitia. Convincemur etiam a veritate, minime a nobis quæri oportere plures sermones, & sapientias, justitias, quæ proprie sic nominentur. Nam unusquisque confiteretur unam esse veritatem, nec auderet aliquis dicere, aliam esse Dei veritatem, aliam Angelorum, aliam hominum; cum in natura entium una sit de unaquaque re veritas. Quod si veritas est una, perspicuum est, etiam sapientiam, quæ confirmatio & demonstratio ipsius est veritatis, merito intelligi unam esse: quippe cum ne ea quidem, quæ appellatur sapientia, nomen suum recte tueri queat, si non adsit veritas. Quod si veritas una, & sapientia una est, unus etiam Sermo sit oportet, annuncians veritatem & sapientiam rerum earum, quæ simplices sunt & aperte, ad eos, qui sunt capaces. Nec hoc dicimus negantes esse veritatem, & sapientiam, & Sermonem Dei, sed ostendentes utilitatem, ob quam Evangelista reticuit Dei vocabulum, non scribens, In principio erat Sermo Dei. Idem autem Joannes etiam cum additione Dei nominat eum in Apocalypsi dicens: *Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur Fidelis, & Verax, & in justitia judicat & pugnat. Oculi autem ejus, sicut flamma ignis: & in capite ejus diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo novit nisi ipse, & indutus erat veste tincta sanguine.*

Et

αὐτȣ, λογος τȣ Θεȣ· και τα ϛρατευματα αὐτȣ ἐν τῳ ȣ̓ρανῳ ἠκολȣθει αὐτῳ ἐπι ἱπποις λευκοις, ἐνδεδυμενοις, βυσσινον καθαρον, και ἐκ τȣ ϛοματος αὐτȣ ἐκπορευεται ῥομφαια ὀξεια, ἱνα ἐν αὐτῃ παταξῃ τα ἐθνη, και αὐτος ποιμανει αὐτȣς ἐν ῥαβδῳ σιδηρᾳ, και αὐτος πατει την ληνον τȣ οἰνȣ της ὀργης τȣ θυμȣ τȣ Θεȣ τȣ παντοκρατορος, και ἐχει ἐπι το ἱματιον και ἐπι τον μηρον αὐτȣ ὀνομα γεγραμμενον, ὁ βασιλευς βασιλεων, και κυριος κυριων. ἀναγκαιως δε και ἀπολυτως εἰρηται και λογος, και μετα προσθηκης, λογος τȣ Θεȣ. ὡν εἰ το ἑτερον σισιωπητο, ἀφορμας ἀν εἰχομεν τȣ παραδεξασθαι, και ἀποπεσειν της περι της λογȣ ἀληθειας. εἰ γαρ λογος μεν ἀναγεγραπτο, λογος δε Θεȣ μη εἰρητο, ȣ̓ σαφως ἐμανθανομεν ὁτι ȣ̓τος ὁ λογος. λογος τȣ Θεȣ ἐϛι. παλιν τ' ἀν εἰ λογος μεν τȣ Θεȣ προσηγορευετο, λογος δε ἀπολυτως ȣ̓κ εἰρητο, κἀν πολλȣς λογȣς ἀναπλασσοντες κατα την προς ἑκαϛον των λογικων σχεσιν, ματην ἀν πολλȣς κυριως ὀνομαζομενȣς παρεδεξαμεθα. καλως μεντοιτε διαγραφων τα περι τȣ λογȣ τȣ Θεȣ ἐν τῃ ἀποκαλυψει ὁ Αποϛολος, και ὁ εὐαγγελιϛης, ἠδη δε και δια της ἀποκαλυψεως και προφητης, φησι τον τȣ Θεȣ λογον ἑωρακεναι ἐν ἀνεωγοτι τῳ ȣ̓ρανῳ, ἐφ' ἱππῳ λευκῳ ὀχȣμενον. τι δε αἰνιττεται το ἀνιωχθαι τον ȣ̓ρανον, και ὁ λευκος ἱππος, και το ἐπ' αὐτȣ καθεζεσθαι τον καλȣμενον τȣ Θεȣ λογον, προς το εἰναι Θεȣ λογον και πιϛον και ἀληθινον, και ἐν δικαιοσυνῃ κρινȣντα, και πολεμȣντα λεγομενον, κατανοητεον, ἱνα ἐτι μαλλον προβιβασθωμεν τῳ ἐκλαβειν τα περι τȣ λογȣ τȣ Θεȣ. κεκλεισθαι δε ἡγȣμαι τον ȣ̓ρανον τοις ἀσεβεσι, και την εἰκονα τȣ χοϊκȣ φερȣσιν, ἀνεωχθαι δε τοις δικαιοις και κεκοσμημενοις τῃ τȣ ἐπȣρανιȣ εἰκονι· τοις μεν γαρ ἀτε κατω τυγχανȣσι, και ἐν σαρκι ἐτι ὑπαρχȣσιν ἀποκεκλεισθαι τα κρειττονα, ȣ̓ συνιεισιν αὐτα, ȣ̓δε το καλλος αὐτων δυναμενοις, ἐπει μη βȣλονται, κατανοειν συγκυπτοντες, και μη ἐπιδιδοντες αὐτȣς εἰς το ἀνακυπτειν·

τοις

Et vocatur nomen ejus, Sermo Dei. Et exercitus, qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & puro, & ex ore ejus procedit gladius acutus, ut eo percutiat Gentes, & ipse reget eos virga ferrea, & ipse calcat torcular vini iræ furoris Dei omnipotentis, & habet in vestimento, & in femore suo nomen scriptum: Rex regum & Dominus dominantium. Sed necessario & absolute posuit Joannes vocabulum, Sermo, & cum adjectione etiam, Sermo Dei. Nam si alterum tacuisset, occasionem habituri eramus præter germanam sententiam intelligendi, & aberrandi a veritate hujus vocabuli, Sermo: ac si absolute scripsisset Joannes, Sermonem, nec dixisset etiam cum adjectione, Sermonem Dei, non didicissemus aperte hunc Sermonem esse Sermonem Dei. Rursus si Sermonem Dei dixisset, nec absolute Sermonem, etiam multos Sermones fingentes juxta relationem ad unumquemque eorum, qui sermone ac ratione utuntur, frustra multos proprie sic nominatos admisissemus. Itaque recte Apostolus & Evangelista, jam vero etiam propter Apocalypsin Propheta describens in Apocalypsi Sermonem Dei, se Dei Sermonem vidisse inquit, aperto cœlo, equo albo vectum. Quid vero innuat cœli apertio, & equus albus, & super ipsum sessio illius, qui Sermo Dei vocatur, qui etiam præterquam est Sermo Dei, fidelis dicitur, & verax, & in justitia judicans & bellans, considerandum est, ut eo magis proficiamus, cum intellexerimus, quæ ad Dei Sermonem pertinent. Proinde arbitror ego impiis & terrestrem imaginem gerentibus, cœlum esse clausum; apertum vero justis, & his, qui insigniti fuerint supercœlestis imagine. Nimirum impiis quidem humi etiamnum repentibus, & in carne existentibus præstantiora sunt clausa, quia non intelligant ea, nec possint eorum pulchritudinem (quia nolunt) dispicere proni, nec erigere se conantes, cum justi & excel-

τοις δε διαφερυσιν, ἀτε το πολιτευμα ἐχυσιν ἐν ὑρανοις, τα ὑρανια τη κλειδι τυ Δαβιδ ἀνεωγε θεωρυμενα, τυ θευ λογυ ἀνοιγοντος αὐτα, και σαφηνιζοντος, δια τυ ὀχειϑαι ἱππῳ, φωναις τα σημαινομενα ἀπαγγελυσαις, λευκῳ, δια το φανερον και το λευκον, και φωτεινον της γνωσεως. καθεζεται δε ἐπι τον λευκον ἱππον ὁ καλυμενος πιςος, ἱδρυμενος βεβαιωτερον, και ἱν' ὑτως εἰπω, βασιλικωτερον ἐν φωναις ἀνατραπηναι μη δυναμεναις παντος ἱππυ ὀξυτερον και ταχιον τρεχυσαις, και παρευδοκιμυσαις ἐν τη φορα παντα τον ἀνταγωνιςην ὑποκριτην λογυ νομιζομενον λογον, και ἀληθειας δοκυσαν ἀληθειαν. καλειται δε πιςος ὁ ἐπι τυ λευκυ ἱππυ, ὑ δια το πιςευειν, ὁσον δια το πιςευτος εἰναι, τυτεςι, τυ πιςευεϑαι ἀξιος. κυριος γαρ κατα τον Μωσεα πιςος και ἀληθινος. και ἀληθινος γαρ προς ἀντιδιαςολην σκιας; και τυπυ και εἰκονος, ἐπει τοιυτος ὁ ἐν τῳ ἀνεωγοτι ὑρανῳ λογος. ὑ γαρ ἐπι γης ὁ τοιυτος, ὁποιος ὁ ἐν ὑρανῳ, ἀτε γενομενος σαρξ, και δια σκιας και τυπων και εἰκονων λαλυμενος. τα δε πληθη των πεπιςευκεναι νομιζομενων τη σκια τυ λογυ, και ὑχι τῳ ἀληθινῳ λογῳ θευ, ἐν τῳ ἀνεωγοτι ὑρανῳ τυγχανοντι, μαθητευεται. διοπερ ὁ Ιερεμιας φησι, πνευμα προσωπυ ἡμων Χριςος κυριος, ὑ εἰπομεν, ἐν τη σκια αὐτυ ζησομεθα ἐν τοις ἐθνεσιν. ὑτος δε ὁ λογος τυ θευ ὁ πιςος καλυμενος, και ἀληθινος καλειται, και ἐν δικαιοσυνη κρινει, και πολεμει, τη αὐτοδικαιοσυνη και αὐτοκρισει το καταξιαν ἑκαςυ των ὀντων ἀπονεμειν ἀπο θευ δυναϑαι λαβων και κρινειν· ὑδεις γαρ των μετεχοντων δικαιοσυνης, και της τυ κρινειν λαων δυναμεως, ὑτω παντη ἐναπομαξαϑαι ἑαυτυ τη ψυχη δυνησεται τυς της δικαιοσυνης τυπυς, και τυ κρινειν, ὡςε ἐν μηδενι ἀποδειν της αὐτοδικαιοσυνης, και της αὐτοκρισεως, ὡς ὑδε ὁ γραφων εἰκονα, οἱος τε ἐςαι μεταδυναι παντων των τυ γραφομενυ ἰδιωματων τη γραφη. δια τυτο δε ἡγυμαι τον Δαβιδ

λεγειν

lentes, quia jus civitatis in cœlis habeant, cœlestia contemplentur, Davidis clavi aperta; nempe divino Sermone aperiente ea, & manifestante, eo quod vehatur equo, hoc est vocibus significata renunciantibus; albo, propter perspicuam, & candidam, & lucidam cognitionem. Sedet autem super equum album ille, qui vocatur fidelis, firmius & (ut ita dicam) regalius insidens in vocibus, quæ subverti non possunt, ac quovis equo velocius ac celerius currunt, & gloria in ipso impetu superant adversarium omnem simulantem se esse Sermonem, itidemque simulantem se esse veritatem & apparentem veritatem. Vocatur autem fidelis, qui sedet in equo albo, non quia fidem alicui habeat, sed quia fide dignus sit. Nam Mose teste, fidelis & verax est Dominus. Verax est etiam ad differentiam umbræ & figuræ & imaginis: quoniam talis est ille Sermo, qui est in cœlo aperto; non enim talis est Sermo terrestris, qualis cœlestis, quia factus caro per umbras & figuras & imagines loquitur. Multitudines ergo eorum, qui putantur credere, umbra Sermonis, non vero illo Sermone Dei, qui est in cœlo aperto, erudiuntur. Propterea Hieremias inquit: *Spiritus faciei nostræ Christus Dominus, cui diximus, in umbra ipsius vivemus in Gentibus.* Sic igitur Sermo ille Dei, qui fidelis vocatur, etiam verax vocatur, & in justitia judicat, & bellum gerit, quod justitia ipsa, ac judicio ipso facultatem a Deo acceperit judicandi & distribuendi, ex dignitate uniuscujusque entium. Nemo enim eorum, qui justitiam ac facultatem judicandi populum habent, ita in sua ipsius anima omnino imprimere poterit, & justitiæ, & judicandi figuras ipsas & ideas, ut nulla in re sit inferior ea, quæ ex se est justitia, & eo, quod ex se est judicio: quemadmodum neque qui pingit imaginem, potens erit pictura exprimere omnes rei depictæ proprietates. Propterea Davidem dixisse reor: *Non*

λεγειν το· ἐ δικαιωθησεται ἐνωπιον σε πας ζων· ἐ γαρ ἁπαξαπλως εἰπε πας ἀνθρωπος, ἡ πας ἀγγελος, ἀλλα πας ζων· ὁτι κἀν της ζωης τις μετεχῃ, και παντη την νεκροτητα ἀποσεισηται, ἐδ' ἐτως ὡς προς σε δικαιωθηναι δυνησεται παραπλησιως τῃ ζωῃ, ἐδε δυνατον τον μετεχοντα της ζωης, και δια τετο ζωντα χρηματιζοντα, αὐτον γενεσθαι ζωην, και τον μετεχοντα δικαιοσυνης, και δια τετο δικαιον καλεμενον ἐξισωθηναι παντη τῃ δικαιοσυνῃ. ἐργον δε τε λογε τε θεε ὡσπερ κρινειν ἐν δικαιοσυνῃ, ἐτω και πολεμειν ἐν δικαιοσυνῃ, ἱν' ἐκ τε τες ἐχθρες λογῳ και δικαιοσυνῃ ἐτω πολεμειν, ἀναιρεμενων των ἀλογων και της ἀδικιας, λεγεσθαι, ἐνοικησῃ και δικαιωσῃ, ἐκβαλλων τα ἐναντια της ψυχης, τε, ἱν' ἐτως εἰπω, ἐπι σωτηρια αἰχμαλωτισθεντος ὑπο Χριςε. ἐτι δε μαλλον ἐςι τον τε λογε πολεμον ιδειν, ὁν πολεμει, ἐπαν αὐτος μεν πρεσβευῃ περι ἀληθειας, ὁ δ' ὑποκρινομενος εἰναι λογος ἐ λογος ὡν, και ἡ ἑαυτην ἀναγορευσασα ἀληθειαν, ἐκ ἀληθεια τυγχανεσα, ἀλλα ψευδος, φασκῃ εἰναι ἑαυτην την ἀληθειαν. τοτε γαρ καθοπλισαμενος ὁ λογος κατα τε ψευδες ἀναλοι αὐτο τῳ πνευματι τε ςοματος αὐτε, και καταργει τῃ ἐπιφανεια της παρεσιας αὐτε. και ὁρα εἰ δυναται κατα το νοητον ταυτα ὑπο τε Αποςολε ἐν τῃ προς Θεσσαλονικεις παριςασθαι ἐπιςολῃ. τι γαρ ἐςι το ἀναλεμενον τῳ πνευματι τε ςοματος Χριςε, Χριςε τυγχανοντος λογε και ἀληθειας και σοφιας, ἡ το ψευδος; και τι το καταργεμενον τῃ ἐπιφανεια της παρεσιας Χριςε, σοφιας και λογε νοεμενε, ἡ παν το ἐπαγγελλομενον εἰναι σοφια, τυγχανον δε ἐν τετων, ὡν ὁ θεος δρασσεται τες μη ὀντας τῃ ἀληθινῃ σοφια σοφες ἐν τῃ πανεργια αὐτων; ὁτι ὁ Ιωαννης θαυμασιωτατα ἐν τοις περι τε ὀχεμενε τῳ λευκῳ ἱππῳ λογε φησι και το· οἱ ὀφθαλμοι δε αὐτε ὡς φλοξ πυρος. ὡς γαρ ἡ φλοξ κυριος το λαμπρον

justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, non enim generatim dixit, omnis homo, sive omnis Angelus, sed *omnis vivens*, quoniam etiam sive vitæ quis sit particeps, & mortalitatem prorsus excusserit, sic neque tui comparatione justificari poterit, perinde atque vita. Neque fieri potest, ut qui particeps est vitæ, & ob hoc vivens nominatur, ipse sit vita, nec qui compos est justitiæ, & idcirco justus dicitur, omnino ipsi justitiæ æquiparari poterit. Jam vero quemadmodum ad Dei Sermonem pertinet judicare in justitia, ita etiam ad ipsum pertinet bellum gerere in justitia: ut ex eo, quod dicitur oppugnare hunc in modum, ipsi Sermoni & justitiæ inimicos, sublatis his, qui a ratione sunt alieni, & injustitia sublata, inhabitet & justificet: expellens contraria ab anima illius, qui salutis causa (ut ita dicam) captivus factus est a Christo. Sed apertius cernere possumus hoc Sermonis bellum, quod gerit, quando ipse quidem fungitur legatione pro veritate, alter vero, qui non est Sermo, sed fingit se esse Sermonem: itemque simulata veritas, quæ non est veritas, sed mendacium, prædicat se esse ipsam veritatem. Tunc enim armatus Sermo contra mendacium, illud interficit spiritu oris sui, & destruit apparitione præsentiæ suæ. Et vide an hæc secundum spiritalem sensum subinnuere voluerit Apostolus in Epistola ad Thessalonicenses. Quid enim est, quod spiritu oris Christi interficitur, cum Christus sit Sermo, veritas & sapientia, nisi mendacium? Et quid est illud, quod destruitur apparitione præsentiæ Christi, qui sapientia, & Sermo consideratur, nisi id omne, quod profitetur se esse sapientiam, unum vero est ex illis, quibus comprehendit eos, qui non sunt sapientes vera sapientia, in vafricie ipsorum? Quare mire ac supra modum de Sermone differens Joannes, qui equo albo vehebatur; inquit *etiam illud: Oculi autem ejus velut flamma*

 ignis,

προν ἁμα και φωτιςικον, ἐτι δε και πυρωδες ἐχει, και ἀναλωτικον των ὑλικωτερον· ὑτως οἱ, ἱν᾽ ὑτως εἰπω, ὀφθαλμοι τυ λογυ οἱς βλεπει, και πας ὁ μετεχων αὐτυ, προς τῳ δια των ἐνυπαρχυσων αὐτῳ ἀντιλαμβανεσθαι των νοητων, ἀναλυσι και ἀφανιζυσι τα ὑλικωτερα και παχυτερα των νοηματων· παντων δε την ἰσχνοτητα και λεπτοτητα ἐκπεφευγυ της ἀληθειας τα ὁπωσποτυν ψευδομενα. πανυ δε τεταγμενως μετα τον ἐν δικαιοσυνῃ κρινοντα, και κατα το ἐν δικαιοσυνῃ κρινειν πολεμυντα, ἑξης δε το πολεμειν φωτιζοντα, ἐπιφερεται το ἐπι την κεφαλην εἰναι αὐτυ πολλα διαδηματα. εἰ μεν γαρ ἐν ἠν και μονοειδες το ψευδος καθ᾽ ὑ τον ςεφανον ἡττωμενυ ἐλαμβανεν ὁ νικησας πιςος και ἀληθινος λογος, και ἐν διαδημα περικεισθαι ἐυλογως ἀναγεγραπτο ὁ ἐπικρατησας των ἐναντιων θευ λογος. νυνι δε πολλων ὀντων των ἐπαγγελλομενων την ἀληθειαν ψευδων, καθ᾽ ὡν ςρατευσαμενος ὁ λογος ςεφανυται πολλα γινομενα τα διαδηματα τῃ κεφαλῃ τυ παντα κινησαντος περικειμενα, και ἑκαςης δε ἀποςατησασης ἐνεργειας κρατων, πολλα διαδηματα τῳ νικαν περιτιθεται. ἑξης μετα τα διαδηματα ἀναγεγραπται ἐχειν ὀνομα γεγραμμενον ὁ ὑδεις οἰδεν, εἰ μη αὐτος· ὑτος γαρ ὁ ἐμψυχος λογος ἐπιςαται τινα μονος, δια το ὑποδεεςερον ἐν τοις ἑξης γεννητοις της φυσεως αὐτυ ὑδενος χωρυντος, παντα ἁ ἐκεινος καταλαμβανει, θεωρειν. ταχα δε και οἱ μετεχοντες ἐκεινυ τυ λογυ μονοι παρα τυς μη μετεχοντας ἰσασι τα μη εἰς ἐκεινυς φθανοντα. ὑ γυμνος δε τῳ Ιωαννῃ ὁραται τῳ ἱππῳ ὀχυμενος ὁ τυ θευ λογος, περιβεβληται γαρ ἱματιον ἐῤῥαμμενον αἱματι, ἐπειπερ ἰχνη περικειται ὁ γενομενος λογος σαρξ, και δια το γεγονεναι σαρξ ἀποθανων, ὡς προχυθηναι αὐτυ και αἱμα ἐπι την γην, νυξαντος τυ ςρατιωτυ την πλευραν αὐτυ· ἐκεινυ τυ παθυς, ταχα γαρ κἀν ὁπωσποτε ἐν τῃ τυ

ignis. Ut enim flamma clara, pariter & lucida, jam vero etiam ignea est, & consumptrix materialium, sic oculi (ut ita dicam) Sermonis, quibus & ipse videt, & quisquis illius fuerit particeps, præterquam quod percipiunt intelligibilia per ea, quæ in ipso insunt, conficiunt, & demoliuntur conceptus crassiores & magis materiales, omnibus, quomodocumque falsis gracilitatem & tenuitatem veritatis fugientibus. Valde autem ordinate postquam induxit Sermonem judicantem in justitia, & ut judicet in justitia, bellum gerentem, atque deinde post bellum, illuminantem, illud subjungitur; in ipsius capite multa esse diademata. Nam si unum, & uniforme esset mendacium, de quo prostrato coronam acciperet victor, fidelis & verax Sermo, jure etiam Sermo, qui superasset Deo repugnantes, scriptus fuisset uno diademate insignitus. Nunc autem multa cum sint mendacia, quæ profitentur veritatem, adversus quæ bellum gerens ille Sermo coronatur, multa sunt etiam diademata capiti cuncta victoris imposita. Quin etiam unamquamque actionem rebellem superans, multis coronis ob victoriam multiplicem insignitur. Dictus etiam post diademata capiti imposita nomen habere scriptum, quod nemo novit nisi ipse; novit enim solus quædam animatus hic Sermo, cum nullus intueri possit ea, quæ ille comprehendit, eo quod res, quæ continue generantur, longe inferiores sint natura ipsius. Atque etiam fortassis soli participes illius Sermonis quædam norunt, quæ sunt abscondita non participantibus illum. Porro Sermo ille Dei non nudus a Joanne cernitur, dum equo albo vehitur, sed circumdatus veste sanguine tincta, quandoquidem vestigiis & notis circumdatus est Sermo factus caro, & idcirco etiam mortuus, quia caro factus, ita ut sanguinem super terram suum profuderit, milite latus ejus pungente. Passionis namque illius, & veritatis

λογȣ ὑψηλοτατῃ και ἀνωτατῃ θεωρια γενωμεθα, και της ἀληθειας ȣ̓ παντη ἐπιλησομεθα, της ἐν σωματι ἡμων γενομενης δἰ αὐτȣ εἰσαγωγης. τȣτω τῳ τȣ θεȣ λογῳ, τα ἐν τῳ ȣ̓ρανῳ ςρατευματα ἀκολȣθει παντα, λογῳ ἑπομενα ἡγȣμενῳ, και μιμȣμενα αὐτον ἐν πασι, και μαλιςα τῳ ἐπιβεβηκεναι ὁμοιως αὐτῳ ἱπποις λευκοις, παντα γαρ ἐνωπιον τοις νȣσι. και ὡσπερ ἀπεδρα ὀδυνη και λυπη και ςεναγμος ἐπι τῳ τελει των πραγματων, ȣ̓τως οἰμαι ὁτι ἀπεδρα ἀσαφεια και ἀπορια, παντων ἐπιμελως και τρανως προπιπτοντων των της τȣ θεȣ σοφιας μυςεριων. ἐπισκεψαι δε τȣς λευκȣς ἱππȣς των ἀκολȣθȣντων τῳ λογῳ, ἐνδεδυμενȣς βυσσινον λευκον και καθαρον, εἰ μη ἐπει βυσσος ἀπο γης γινεται, των ἐπι γης διαλεκτων, ἁς ἠμφιεσμεναι εἰσιν αἱ σημαινȣσαι φωναι καθαρως τα πραγματα, τοποι τυγχανȣσι τα βυσσινα ἐνδυματα. ταυτα δη ἐπι πλειον ἐκ της ἀποκαλυψεως διδασκȣσης περι λογȣ θεȣ εἰρηται, ἱνα ἀκριβεςερον τα περι αὐτȣ νοησωμεν.

Οὑτος ἠν ἐν ἀρχῃ προς τον θεον. Τοις μη ἀκριβȣσιν τας διαφορȣς ἐν τοις ἀπαγγελλομενοις προτασεις δοξει ταυτολογειν ὁ ἐυαγγελιςης, ȣ̓δεν πλεον λεγων ἐν τῳ· ȣ̔τος ἠν ἐν ἀρχῃ προς τον θεον, παρα το· και ὁ λογος ἠν προς τον θεον. τηρητεον δε ὁτι ἐν μεν τῳ· ὁ λογος ἠν προς τον θεον, ȣ̓ μανθανομεν το ποτε, ἢ ἐν τινι ἠν προς τον θεον, κατα το τεταρτον ἀξιωμα προσκειμενον: τεσσαρα γαρ ἀξιωματα ἁπερ παρα τισι προτασεις καλȣνται, ἐςιν ἐνθαδε, ὡν το τεταρτον· ȣ̔τος ἠν ἐν ἀρχῃ προς τον θεον· ȣ̓ ταυτον δε το· ὁ λογος ἠν προς τον θεον, και το· ȣ̔τος ἠν, ȣ̓χι ἁπλως προς τον θεον, ἀλλα, ποτε,

ἠ

& instituti vitæ, quam tenuit in corpore nostro, nulla nos unquam tenebit oblivio, etiam si fortasse quomodocumque pervenerimus ad altissimam supernamque ipsius Sermonis, & filii Dei contemplationem. Hunc Dei sermonem cœlestes exercitus omnes sequuntur, sermones sequentes ducem & imitantes eum in omnibus: idque tum maxime, cum non secus ac ipse inscendunt equos albos, omnia enim aperta sunt intelligentibus. Et quemadmodum fugit dolor & mœror & suspirium in fine rerum; sic arbitror fugere etiam obscuritatem & dubitationem; omnibus sapientiæ Dei mysteriis diligenter, & manifeste in apertum productis. Considera vero albos equos eorum, qui sequuntur sermonem, indutos albo & puro bysso; & considera num quia byssus e terra oritur, byssina indumenta significent proprietates linguarum, quæ sunt in terra, quibus indutæ sunt voces, res aperte & pure significantes. Hæc autem sumpta ex Apocalypsi, quæ docet nos, qualis sit Dei sermo, prolixius tractavimus, ut accuratius & subtilius, quæ ad ipsum sermonem spectant, consideraremus.

5. *Hic erat in principio apud Deum.* Iis, qui accurate non attendunt diversas in his, quæ enunciantur, propositiones, videbitur Evangelista eadem repetere, ac si nihil plus diceret his verbis: *Hic erat in principio apud Deum*, quam illis: *Et ille Sermo erat apud Deum.* Sed observemus necesse est, nos, quando dicimus, *ille Sermo erat apud Deum*, non addiscere quando erat, vel in quo erat apud Deum, juxta quartum pronunciatum additum. Nam quatuor cum sint hoc in loco (ἀξιώματα, hoc est) pronunciata, quæ aliqui (προτάσεις, hoc est) propositiones appellant, pronunciatum quartum est: *Hic erat in principio apud Deum.* Insuper hæc proposito: *Ille Sermo erat apud Deum*, non idem est cum illa, quæ inquit, *Hic erat*, non simpliciter apud Deum; sed quando

 vel

ἢ ἐν τινι προς τον θεον; ὗτος γαρ, φησιν, ἦν ἐν ἀρχῃ προς τον θεον· ἀλλα και το, ὗτος, κατα δειξιν ἐκφερομενον νομισθησεται ἐπι τῦ λογῦ τεταχθαι, ἢ ἐπι τῦ θεῦ, ὑπο τῦ μη συχνοτερον ἐρευνωντος, ἵνα και εὑρῃ συλληψιν των προτερων γινομενην ἐν τῃ, ὗτος, προσηγορια, της τε λογος ἐπινοιας, και της θεος, ἵνα ἡ δειξις συναγαγῃ εἰς ἓν τα τῃ ἐπινοια διαφορα, ὐ γαρ ἐν τῃ ἐπινοια τῃ, λογος, ἐςιν ἡ, θεος, ὐδε ἐν τῃ, θεος, ἡ, λογος. ταχα δε συνκεφαλαιωσις ἐςι των τριων προτασεων εἰς μιαν την· ὗτος ἦν ἐν ἀρχῃ προς τον θεον. καθο γαρ ἐν ἀρχῃ ἦν ὁ λογος ὐ μεμαθηκαμεν ὁτι προς τον θεον· καθο δε προς τον θεον ὁ λογος ἦν, ὐκ ἐγινωσκομεν σαφως ὁτι ἐν ἀρχῃ προς τον θεον ἦν· καθο δε θεος ὁ λογος ἦν, ὐτε το ἐν ἀρχῃ αὐτον εἶναι ἐδηλῦτο, ὐτε ὁτι προς τον θεον ἐτυγχανεν. ἐν δε τῃ, ὗτος ἦν ἐν ἀρχῃ προς τον θεον, ἀπαγγελια τῦ, ὗτος, ἐπι τῦ λογῦ και θεῦ νοῦμενῦ, και τῦ, ἐν ἀρχῃ, ὗτω συναπτομενῦ, τῦ τε, προς τον θεον, προςιθεμενῦ, ὐδεν παραλειπεται των ἐν ταις τρισι προτασεσιν, ὁ ὐ συγκεφαλαιῦται, συναγομενων εἰς ἕν. ὁρα δε εἰ κατα το δισσον ὀνομαζεσθαι το, ἐν ἀρχῃ, δυνατον ἡμας μανθανειν πραγματα δυο· ἓν μεν ὅτι ἐν ἀρχῃ ἦν ὁ λογος, ὡς εἰ και καθ' αὑτον ἦν, και μη παντως προς τινα· ἑτερον δε ὁτι ἐν ἀρχῃ προς τον θεον ἦν, και οἶμαι ὁτι ὐ ψευδος εἰπειν περι αὐτῦ, ὁτι ἐν ἀρχῃ ἦν, και ἐν ἀρχῃ προς τον θεον, ὐτε προς τον θεον μονον τυγχανων, ἐπει και ἐν ἀρχῃ ἦν, ὐτε ἐν ἀρχῃ μονον ὠν, και ὐχι προς τον θεον ὠν, ἐπει ὗτος ἦν ἐν ἀρχῃ προς τον θεον.

Παντα

vel in quo apud Deum? *Hic* enim, inquit, *erat in principio apud Deum*: quin etiam illud, *Hic*, per demonſtrationem exiſtimabitur poſitum fuiſſe, vel de ſermone vel de Deo, ab eo, qui minus diligenter inveſtigaverit, ut etiam inveniat comprehenſionem priorum, & comprehenſionem conſiderationis hujus vocis, ſermo, & hujus vocis, Deus, factam in pronomine, *Hic*: ut hæc demonſtratio in unum ea congreget, quæ conſideratione ſunt diverſa; neque enim dum conſideramus Deum, conſideramus ſermonem; neque dum conſideramus ſermonem, conſideramus Deum. Fortaſſis autem ſumma eſt, & collectio trium propoſitionum in unam hanc: *Hic erat in principio apud Deum*; quatenus enim in principio erat ſermo, non didiceramus, quod apud Deum: quatenus vero apud Deum ſermo ille erat, non agnoveramus aperte, quod in principio apud Deum erat: quatenus autem Deus ille ſermo erat, neque declarabatur ipſum in principio eſſe, neque quod apud Deum erat. Quod ſi dicente Evangeliſta: *Hic erat in principio apud Deum*, ſub pronomine demonſtrativo, *Hic*, intelligatur, & ſermo, & Deus, & particula, *in principio*, ſic conjungatur, addaturque etiam, *apud Deum*, nihil omittitur eorum, quæ ſunt in tribus propoſitionibus, quod ſummatim non comprehendatur redactis tribus propoſitionibus in unum. Vide vero an fieri poſſit, ut etiam duas res dicamus, quia bis dicatur, *in principio*, alteram quidem, quod in principio erat ille ſermo, quaſi etiam ex ſe eſſet, & non omnino apud aliquem; alteram vero, quod in principio apud Deum erat. Meumque eſt judicium abſque mendacio dici poſſe de eo, quod & in principio erat, & in principio apud Deum, neque apud Deum ſolum exiſtens, quoniam in principio erat, neque in principio ſolum exiſtens, & non apud Deum exiſtens, quoniam *Hic erat in principio apud Deum.*

Παντα δἰ αὐτȣ ἐγενετο. Ουδεποτε την πρωτην χωραν ἐχει το, δἰ ȣ̉, δευτεραν δε ἀει· οἷον ἐν τῃ προς Ρωμαιȣς, Παυλος δȣλος, φησι, Χριςȣ Ιησȣ, κλητος ἀποςολος, ἀφωρισμενος εἰς ἐυαγγελιον Θεȣ, ὁ προεπηγγειλατο δια των προφητων αὐτȣ ἐν γραφαις ἁγιαις περι τȣ υἱȣ αὐτȣ, τȣ γενομενȣ ἐκ σπερματος Δαβιδ κατα σαρκα, τȣ ὁρισθεντος υἱȣ θεȣ ἐν δυναμει, κατα πνευμα ἁγιωσυνης, ἐξ ἀναςασεως νεκρων Ιησȣ Χριςȣ τȣ κυριȣ ἡμων, δἰ ȣ̔ ἐλαβομεν την χαριν και ἀποςολην, εἰς ὑπακοην πιςεως ἐν πασι τοις ἐθνεσιν, ὑπερ τȣ ὀνοματος αὐτȣ. ὁ γαρ θεος το ἐυαγγελιον ἑαυτȣ προεπηγγειλατο δια των προφητων, ὑπηρετȣντων των προφητων, και ἐχοντων τον λογον τȣ, δἰ ȣ̔, και παλιν ὁ θεος ἐδωκε χαριν και ἀποςολην εἰς ὑπακοην πιςεως ἐν πασι τοις ἐθνεσι, Παυλῳ και τοις λοιποις, και ἐδωκε δια Χριςȣ Ιησȣ τȣ σωτηρος ἐχοντος το δἰ ȣ̔. και ἐν τῃ προς Εβραιȣς, ὁ αὐτος Παυλος φησιν, ἐπ' ἐσχατȣ των ἡμερων ἐλαλησεν ἡμιν ἐν υἱῳ, ὁν ἐθηκε κληρονομον παντων, δἰ ȣ̔ και τȣς αἰωνας ἐποιησε· διδασκων ἡμας ὁτι ὁ θεος τȣς αἰωνας πεποιηκε δια τȣ υἱȣ, ἐν τῳ τȣς αἰωνας γινεσθαι τȣ μονογενȣς ἐχοντος το δἰ ȣ̔. ȣ̔τω τοινυν και ἐνθαδε εἰ παντα δια τȣ λογȣ ἐγενετο, ȣ̓χ ὑπο τȣ λογȣ ἐγενετο, ἀλλ' ὑπο κρειττονος και μειζονος παρα τον λογον. τις δ' ἀν ἀλλος ȣ̔τος τυγχανῃ ἡ ὁ πατηρ; ἐξεταςεον δε ἀληθȣς ὀντος τȣ, παντα δἰ αὐτȣ ἐγενετο, εἰ και το πνευμα το ἁγιον δἰ αὐτȣ ἐγενετο. οἶμαι γαρ ὁτι τῳ μεν φασκοντι γεννητον αὐτο εἶναι, και προϊεμενῳ το, παντα δἰ αὐτȣ ἐγενετο, ἀναγκαιον παραδεξασθαι ὁτι το ἁγιον πνευμα δια τȣ λογȣ ἐγενετο, πρεσβυτερȣ παρ' αὐτο τυγχανοντος. τῳ δε μη βȣλομενῳ το ἁγιον πνευμα δια τȣ Χριςȣ γενονεναι, ἑπεται το ἀγεννητον αὐτο λεγειν, ἀληθῆ

6. *Omnia per ipsum facta sunt.* Nunquam principem locum habet particula, *per quem*, sed semper secundum: veluti in Epistola ad Romanos: *Paulus servus*, inquit, *Jesu Christi, vocatus ad munus Apostolicum, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui genitus fuit ex semine David secundum carnem: qui declaratus fuit Filius Dei cum potentia, secundum speritum sanctificationis, ex eo, quod resurrexit e mortuis Jesus Christus Dominus noster, per quem accepimus gratiam, & Apostolici muneris functionem, ut obediatur fidei inter omnes gentes super ipsius nomine.* Deus enim Evangelium suum prænunciaverat per Prophetas, subministrantibus Prophetis, & habentibus sermonem illius, cui competit, *per quem*, & rursum, Deus dedit gratiam, & Apostolici numeris functionem Paulo, & reliquis, ut obediant fidei omnes gentes; & dedit per Christum Servatorem, habentem particulam, *per quem.* Et in Epistola ad Hebræos ipse Paulus inquit: *In novissimis diebus loquutus est nobis in Filio, quem posuit hæredem omnium, per quem fecit & sæcula*, docens nos Deum sæcula fecisse per Filium: Unigenito habente particulam δι' ȣ́ (id est *per quem*), dum secula fierent. Sic igitur hoc etiam in loco, si omnia per sermonem facta fuerunt, non a sermone facta fuerunt, sed ab eo, qui ipso sermone major est, quem quis alium dixerit, quam Patrem ipsum? Quærendum est & illud, an ipse etiam Spiritus sanctus per ipsum sit factus, verum cum sit, omnia per sermonem facta fuisse. Ac meo quidem judicio, si quis dicat factum esse Spiritum sanctum, & admittat omnia per sermonem facta fuisse, is etiam fateatur necesse est, Spiritum ipsum a sermone factum; nimirum sermone ipso antiquiore existente ipso Spiritu. Qui vero noluerit Spiritum sanctum per Christum fuisse factum, sequitur, ut is vera credens, quæ in hoc Evangelio sunt scripta,

Spiritum

τα ἐν τῳ ἐυαγγελιῳ τϑτῳ εἶναι κρινοντι. ἐςαι δε τις και τριτος παρα τϑς δυο, τον τε δια τϑ λογϑ παραδεχομενον το πνευμα το ἁγιον γενονεναι, και τον ἀγεννητον αὐτον εἶναι ὑπολαμβανοντα, δογματιζων μηδε ϑσιαν τινα ἰδιαν ὑφεςαναι τϑ ἁγιϑ πνευματος ἑτεραν παρα τον πατερα και τον υἱον. ἀλλα ταχα προςιθεμενος μαλλον ἐαν ἑτερον νομιζῃ εἶναι τον υἱον παρα τον πατερα, τῳ το αὐτο αὐτῳ τυγχανειν τῳ πατρι, ὁμολογϑμενως διαιρεσεως δηλϑμενης τϑ ἁγιϑ πνευματος παρα τον υἱον ἐν τῳ· ὃς ἐαν εἴπῃ λογον κατα τϑ υἱϑ τϑ ἀνθρωπϑ ἀφεθησεται αὐτῳ· ὃς δ' ἀν βλασφημησει εἰς το ἁγιον πνευμα, ϑχ ἑξει ἀφεσιν ϑτε ἐν τῳ αἰωνι τϑτῳ, ϑτε ἐν τῳ μελλοντι. ἡμεις μεντοιγε τρεις ὑποςασεις πειθομενοι τυγχανειν, τον πατερα, και τον υἱον, και το ἁγιον πνευμα, και ἀγεννητον μηδεν ἑτερον τϑ πατρος εἶναι πιςευοντες, ὡς ἐυσεβεςερον και ἀληθες, προσιεμεθα το, παντων δια τϑ λογϑ γενομενων, το ἁγιον πνευμα παντων εἶναι τιμιωτερον, και ταξει παντων των ὑπο τϑ πατρος δια Χριςϑ γεγεννημενων. και ταχα αὐτη ἐςιν ἡ αἰτια τϑ μη και αὐτϑιον χρηματιζειν τϑ Θεϑ, μονϑ τϑ μονογενϑς φυσει υἱϑ ἀρχηθεν τυγχανοντος, ϑ χρηζειν ἐοικε το ἁγιον πνευμα, διακονϑντος αὐτϑ τῃ ὑποςασει, ϑ μονον εἰς το εἶναι, ἀλλα και σοφον εἶναι, και λογικον και δικαιον, και παν ὁτιποτϑν χρη αὐτο νοειν τυγχανειν, κατα μετοχην των προειρημενων ἡμιν Χριςϑ ἐπινοιων. οἶμαι δε το ἁγιον πνευμα την, ἰν' ϑτως εἴπω, ὑλην των ἀπο Θεϑ χαρισματων παρεχειν τοις δι' αὐτο και την μετοχην αὐτϑ χρηματιζϑσιν ἁγιοις, της εἰρημενης ὑλης των χαρισματων, ἐνεργϑμενης μεν ἀπο τϑ Θεϑ, διακονϑμενης δε ὑπο τϑ Χριςϑ, ὑφεςωσης δε κατα το ἁγιον πνευμα. και κινει με εἰς το ταυθ' ϑτως ἐχειν ὑπολαβειν Παυλος περι χαρισματων ϑτω πϑ γραφων. διαιρεσεις δε χαρισματων εἰσι, το δ' αὐτο πνευμα· και διαιρεσεις διακονιων εἰσι, και ὁ αὐτος κυριος· και διαι-

ρεσεις

Spiritum ipsum ingenitum asserat. [Erit autem etiam aliquis tertius, prætor hos duos, eum scilicet, qui per Verbum factum fuisse Spiritum sanctum concedit; & eum, qui non factum eum existimat; statuens nullam essentiam constare Spiritus sancti propriam, quæ a Patre & Filio diversa sit: sed si animum advertat, fortassis diversum esse potius a Filio Patrem existimabit, quod is idem, quod Pater sit, quod sine controversia distinctio declaretur Spiritus sancti a Filio hoc loco: *Qui verbum dixerit in Filium hominis, dimittetur ei: qui autem blasphemiam dixerit in Spiritum sanctum, non dimittetur ei nec in hoc sæculo, nec in futuro.* Nos autem, qui tres Personas, Patrem & Filium atque Spiritum sanctum esse credimus, & ingenitum nihil præter Patrem esse nobis persuasimus; Spiritum sanctum & iis omnibus, quæ per Verbum facta sunt, & ordine iis omnibus, quæ a Patre per Christum condita sunt, præstantiorem esse, ut pium & verum concedimus & approbamus. Atque hæc forsitan causa est, cur ipse Dei non dicatur esse Filius; quod solus Unigenitus a principio natura Filius sit, quo indigere videtur Spiritus sanctus, ministrante ipsius hypostasi, non solum ut sit, sed ut sapiens sit, & rationis particeps & justus, & omne id, quod eum esse intelligendum est, ex Christi notionum, quæ a nobis paulo ante commemoratæ sunt, participatione. Ego autem existimo Spiritum sanctum, ut ita dicam, materiam gratiarum, quæ a Deo proficiscuntur, suppeditare iis, qui per ipsum, ejusque communionem sancti sunt, dum materia, quam dixi, charismatum, a Deo quidem operatur, a Christo autem ministratur, per Spiritum vero sanctum existit. Quod quidem, ut ita esse putem, facit Paulus, qui quodam loco de gratiis scribit his verbis: *Divisiones autem gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus; & divisiones operationum sunt,*

idem

ρεσεις ἐνεργηματων εἰσι, και ὁ αὐτος ἐςι Θεος, ὁ ἐνεργων τα παντα ἐν πασιν. ἐχει δε ἐπαπορησιν δια δε το· παντα δἰ αὐτȣ ἐγενετο, και ἀκολȣθειν το πνευμα γενετον ὀν, δια τȣ λογȣ γεγονεναι, πως οἱονει προτιμαται τȣ Χριςȣ ἐν τισι γραφαις, ἐν μεν τῳ Ησαΐᾳ ὁμολογȣντος Χριςȣ, ȣ̓χ ὑπο τȣ πατρος ἀπεςαλθαι μονȣ, ἀλλα και ὑπο τȣ ἁγιȣ πνευματος, φησι γαρ· και νυν κυριος ἀπεςειλε με, και το πνευμα αὐτȣ· ἐν δε τῳ ἐυαγγελιῳ ἀφεσιν μεν ἐπαγγελλομενȣ ἐπι της εἰς αὐτον ἁμαρτιας, ἀποφαινομενȣ δε περι της εἰς το ἁγιον πνευμα βλασφημιας, ὡς ȣ̓ μονον ἐν τȣτῳ τῳ αἰωνι μη ἐσομενης της ἀφεσεως τῳ εἰς αὐτο δυσφημησαντι, ἀλλ' ȣ̓δε ἐν τῳ μελλοντι. και μηποτε ȣ̓ παντως δια το τιμιωτερον εἰναι το πνευμα το ἁγιον τȣ Χριςȣ, ȣ̓ γινεται ἀφεσις τῳ εἰς αὐτο ἡμαρτηκοτι, ἀλλα δια το Χριςȣ μεν παντα μετεχειν τα λογικα, οἱς διδοται συγγνωμη μεταβαλλομενοις ἀπο των ἁμαρτηματων, τȣ δε ἁγιȣ πνευματος της κατηξιωμενης, μηδεμιας ἐυλογον εἰναι συγγνωμης τυχειν μετα τελικαυτης και τοιαυτης συμπνοιας τοις εἰς το κακον ἐτι ἀποπιπτȣσι και ἐκτρεπομενοις τας τȣ ἐνυπαρχοντος πνευματος συμβȣλιας. εἰ δε κατα τον Ησαΐαν φησιν ὁ κυριος ἡμων ὑπο τȣ πατρος ἀπεςαλθαι και τȣ πνευματος αὐτȣ, ἐςι και ἐνταυτα περι τȣ ἀποςειλαντος τον Χριςον πνευματος, ἀπολογησασθαι, ȣ̓χ ὡς φυσει διαφεροντος, ἀλλα δια την γενομενην οἰκονομιαν της ἐνανθρωπησεως τȣ υἱȣ τȣ Θεȣ, ἐλαττωθεντος παρ' αὐτο τȣ σωτηρος. εἰ δε ἐν τȣτῳ προσκοπτει τῳ λεγειν ἠλαττωσθαι παρα το ἁγιον πνευμα τον σωτηρα ἐνανθρωπησαντα, προσακτεον αὐτον ἀπο των ἐν τῃ προς Εβραιȣς λεγομενων ἐπιςολῃ και ἀγγελων ἐλαττονα δια το παθημα τȣ θανατȣ ἀποφηναμενȣ τȣ Παυλȣ γεγονεναι τον Ιησȣν, φησι γαρ· τον δε βραχυ τι παρ' ἀγγελȣς ἠλαττωμενον βλεπομεν Ιησȣν, δια το παθημα τȣ θανατȣ, δοξῃ και τιμῃ ἐςεφανωμενον.

idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Habet autem dubitationem, quod omnia per ipsum facta sint, & ex eo sequatur, ut Spiritus sanctus, qui factus est, ab ipso factus sit: quomodo Christo in quibusdam Scripturis anteponatur, cum Christus ipse in Esaia quidem se non solum a Patre, sed etiam a Spiritu sancto missum est fateatur (ait enim: *Et nunc Dominus misit me, ejusque Spiritus*); in Evangelio autem, remissionem promittat in peccato, quod in ipsum committitur; pronunciet vero de blasphemia in sanctum Spiritum, non fore ut pateat non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro ad ejus veniam & remissionem aditus ei, qui in illum blasphemaverit. Et fortasse non propterea ei, qui in Spiritum sanctum peccaverit, non ignoscitur, quod ipse Christo sit honoratior, eique anteponatur, sed quod omnia in quibus est ratio, Christo participant, quibus, cum a peccatis discedunt, venia datur: eos autem, qui sancto Spiritu digni judicati sunt, non consentaneum sit veniam consequi, cum tanto & tali instinctu, &, ut ita dicam, inspiratione in malum iterum relabentes, & consilia Spiritus sancti, qui in eis inest, respuentes. Quod si id, quod est apud Esaiam scriptum, ait Servator noster se a Patre missum esse, & ab ipsius Spiritu, respondendum est etiam hoc loco missum esse Christum a Spiritu, non quod natura differat, sed propter filii Dei conservatoris nostri, qui se infra eum minuit, in humanitate sumenda, dispensationem. Quod si quis ex eo offenditur, quod in sumenda natura humana infra Spiritus dignitatem Servatorem imminutum dixerim: hoc ei probandum est ex iis, quæ scripta sunt in Pauli ad Hebræos Epistola, in qua etiam Angelis minorem Jesum fuisse propter mortis perpessionem pronuntiat: ait enim: *Eum autem, qui modico, quam Angeli minoratus est, videmus Jesum, propter passionem mortis, gloria & honore coronatum.*

φανωμενον. ἡ ταχα ἐςι και τυτο εἰπειν, ὁτι ἐδειτο ἡ κτισις ὑπερ τυ ἐλευθερωθηναι ἀπο της δυλειας της φθορας, ἀλλα και ἀνθρωπων γενος μακαριας και θειας δυναμεως ἐνανθρωπησης, ἡτις διοφθωσεται και τα ἐπι της γης, και ὡσπερει ἐπεβαλλε πως τῳ ἁγιῳ πνευματι ἡ πραξις αὐτη, ἡν τινα ὑπομενειν ὐ δυναμενον προβαλλέται τον σωτηρα, ὡς το τηλικυτον ἀθλον μονον ἐνεγκειν δυναμενον, και τυ πατρος ὡς ἡγυμενυ ἀποςελλοντος τον υἱον συναποςελλει και συμπροπεμπει το ἁγιον πνευμα αὐτον, ἐν καιρῳ ὑπισχνυμενον καταβηναι προς τον υἱον τυ θευ, και συνεργησαι τῃ των ἀνθρωπων σωτηριᾳ. τυτο δε πεποιηκεν ὁτε τῳ σωματικῳ εἰδειν ὡσει περιςερα ἐφιπταται μετα το λυτρον αὐτῳ, και ἐπιςαν ὐ παρερχεται· ταχα ἐν ἀνθρωποις τυτο πεποιηκοτος τοις με δυνηθεισιν ἀδιαλειπτως φερειν αὐτυ· την δοξαν. διοπερ σημαινων ὁ Ιωαννης περι τυ γνωναι ὁςις ποτε ἐςιν ὁ Χριςος ὐχι μονην την ἐπι τον Ιησυν καταβασιν τυ πνευματος, ἀλλα προς τῃ καταβασειν την ἐν αὐτῳ μονην. γεγραπται γαρ εἰρηκεναι τον Ιωαννην, ὁτι ὁ πεμψας με βαπτιζειν, εἰπεν· ἐφ᾽ ὁν ἀν ἰδῃς το πνευμα καταβαινον και μενον ἐπ᾽ αὐτον, ὑτος ἐςιν ὁ βαπτιζων ἐν πνευματι ἁγιῳ και πυρι. ὐ γαρ λεγεται, ἐφ᾽ ὁν ἀν ἰδῃς το πνευμα καταβαινον μονον, ταχα και ἐπ᾽ ἀλλυς καταβεβηκοτος αὐτυ, ἀλλα καταβαινον, και μενον ἐπ᾽ αὐτον. ταυτα δε ἐπιπολυ ἐξηταςαι σαφεςερον ἰδειν βυλομενοις πως, εἰ παντα δἰ αὐτυ ἐγενετο, και το πνευμα δια τυ λογυ ἐγενετο, ἑν των παντων τυγχανον ὑποδεεςερων τυ δἰ ὑ ἐγενετο νουμενον· εἰ και λεξεις τινες περισπαν ἡμας εἰς το ἐναντιον δοκυσιν. ἐαν δε προςιεται τις το καθ᾽ Εβραιυς ἐυαγγελιον, ἐνθα αὐτος ὁ σωτηρ φησιν· ἀρτι ἐλαβε με ἡ μητηρ μυ το ἁγιον πνευμα ἐν μιᾳ των τριχων μυ, και ἀπενεγκε με εἰς το ὀρος το μεγα Θαβωρ, ἐπαπορησει πως μητηρ Χριςυ το δια τυ λογυ γεγενημενον πνευμα ἁγιον εἰναι

δυναται·

Aut hoc etiam dici poteſt creatæ naturæ, ut a ſervitute interitus corruptionisque liberaretur, atque etiam hominum generi beata ac divina virtute, ut ita dicam, incarnata opus fuiſſe, quæ ea etiam, quæ in terra ſunt corrigeret: & quodammodo hanc actionem ad ſanctum Spiritum pertinere, quam cum ferre non poſſet, Servatorem offert & proponit, ut qui ſolus hoc certamen poſſet ſuſtinere: Pater etiam ut princeps Filium mittens, una Spiritum quoque mittit, quem certo tempore deſcenſurum ad Dei filium, & una hominum ſalutem operaturum effecturumque promiſerat. Id quod perfecit, tum, cum corporea ſpecie columbæ ad eum poſt lavacrum volavit, & inſiſtens non præteriit; quod fecit fortaſſe apud homines, qui ejus majeſtatem aſſidue ferre non poterant. Itaque ſignificans Joannes, & loquens de cognitione quisnam Chriſtus eſſet, non ſolum Spiritus ad Jeſum deſcenſum narrat, ſed præter deſcenſum illius in ipſo manſionem. Scriptum eſt enim hoc dixiſſe Joannem. *Qui miſit me baptizare, dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu & igne.* Non enim dicitur: *Super quem videris Spiritum deſcendentem* ſolum, quod fortaſſe etiam ad alios ipſe deſcenderet, ſed *deſcendentem & manentem ſuper ipſum.* Hæc autem multum ac diu examinata ſunt nobis planius & apertius videre volentibus, quomodo, ſi omnia per ipſum facta ſunt, Spiritus etiam per Verbum factus eſt, qui una ex rebus inferioribus eo per quod factæ ſunt, intelligatur, etiamſi verba quædam nos in contrariam partem trahere videantur. Quod ſi quis Hebræorum Evangelium proferat, in quo Servator ipſe hæc dicit: *Modo accepit me mater mea ſanctus Spiritus, uno capillorum meorum, & me in montem magnum Thabor portavit;* is dubitabit, qui Spiritus ſanctus, qui per Verbum factus eſt, mater Chriſti eſſe poſſit. Sed hæc atque hoc non eſt

δυναται· ταυτα δε και τυτο ϰ χαλεπον ἑρμηνευσαι. ει γαρ ὁ ποιων το θελημα τυ πατρος τυ ἐν τοις ϰρανοις, ἀδελφος και ἀδελφη και μητηρ ἐςιν αὐτυ, και φθανει το ἀδελφος Χριςυ ὀνομα ἐπι το των ἀνθρωπων γενος ἀλλα και ἐπι τα τυτυ θειοτερα, ϰδεν ἀτοπον ἐςαι μαλλον πασης χρηματιζϰσης μητρος Χριςυ δια το ποιειν το θελημα τυ ἐν τοις ϰρανοις πατρος το πνευμα το ἁγιον εἰναι μητερα· ἐτι εἰς το· παντα δι' αὐτυ ἐγενετο, και ταυτα ζητητεον, τη ἐπινοια ὁ λογος ἑτερος ἐςι παρα την ζωην και ὁ γεγονεν ἐν τῳ λογῳ ζωη ἡν, και ζωη ἡν το πως των ἀνθρωπων. ἀρ' ϰν ὡς παντα δι' αὐτυ ἐγενετο, και ἡ ζωη δι' αὐτυ ἐγενετο; ἡτις ἐςι το φως των ἀνθρωπων, και αἱ ἀλλαι τυ σωτηρος ἐπινοιαι, ἡ καθ' ὑπεξαιρεσιν των ἐν αὐτῳ νοητεον το· παντα δι' αὐτυ ἐγενετο; ὁπερ δοκει μοι εἰναι κρειττον. ἱνα γαρ συγχωρηθη δια τυ γεγονεναι την ζωην το φως των ἀνθρωπων, τι λεκτεον περι της προεπινοϰμενης τυ λογυ σοφιας; ϰ γαρ δηπυ δια τυ λογυ το περι τον λογον γενενηται· ὡςε χωρις των ἐπινοϰμενων τῳ Χριςῳ, παντα δια τυ λογυ γεγενηται τυ θευ, ποιησαντος ἐν σοφιᾳ αὐτα τυ πατρος. 'παντα γαρ, φησιν, ἐν σοφιᾳ ἐποιησας, ϰ δια της σοφιας ἐποιησας.

Ιδωμεν δε δια τι προσκειται το· και χωρις αὐτυ ἐγενετο ϰδε ἑν· τισι κἀν δοξαι περιττον τυγχανειν το· χωρις αὐτυ ἐγενετο ϰδε ἑν, ἐπιφερομενον τῳ· παντα δι' αὐτυ ἐγενετο. εἰ γαρ παν ὁτιποτϰν δια τυ λογυ γεγενηται, ϰδεν χωρις τυ λογυ γεγενηται. ϰκετι μεντοιγε ἀκολυθει τῳ χωρις τυ λογυ γεγενηθαι τι, το παντα τυ λογυ γεγενηθαι. ἐξεςι γαρ ϰδενος χωρις τυ λογυ γεγενημενυ μη μονον δια τυ λογυ γεγονεναι παντα, ἀλλα και ὑπο τυ λογυ τινα, χρη τοινυν εἰδεναι πως δει ἀκϰειν τυ, παντα, και πως τυ, ϰδεν. δυνατον γαρ ἐκ

difficile interpretari. Si enim is, qui facit voluntatem Patris qui in cœlis est, ejus est & frater, & soror, & mater; & fratris Christi nomen non solum ad genus hominum venit, sed etiam ad ea, quæ eo diviniora sunt; nihil jam absurdum alienumque erit, plus etiam quam eos, qui quod Patris, qui in cælis est, voluntatem faciant, Christi mater appellantur, matrem esse sanctum Spiritum.] Ad hæc quæramus oportet & illa in hoc dictum: *Omnia per ipsum facta sunt*. Sermo intellectione animi alius est a vita, & *quod factum est in* Sermone, *vita erat*, *& vita erat lux hominum*. An igitur ut omnia per ipsum facta sunt, sic etiam vita per ipsum facta est, quæ est lux hominum, & aliæ Servatoris intellectiones: vel omnia per ipsum facta fuisse intelligere opus est, detractis his, quæ in ipso sunt? quod mihi melius esse videtur. Ut enim concedatur ipsum fecisse omnia, eo quod vita (quæ est lux hominum) facta fuerit, quid dicendum de sapientia, quæ ante ipsum sermonem consideratur? Nam profecto per sermonem factum non est, quod excellit sermonem. Quare omnia per sermonem Deum facta sunt, præter ea, quæ considerantur in Christo, quia Pater fecerit ea in sapientia: *Omnia enim*, inquit, *in sapientia fecisti*, non per sapientiam fecisti.

7. Videamus etiam quam ob rem dictum sit; *Et sine ipso factum est nihil*, etiam si quibusdam videatur superfluum esse illud: *Sine ipso factum est nihil*, quod subjungitur his verbis: *Omnia per ipsum facta sunt*. Si omne & quicquid dixeris per sermonem factum fuit, nihil sine sermone factum fuit, tamen non sequitur, si sine sermone non factum est aliquid, omnia per sermonem facta fuisse. Nam fieri potest, ut, cum nihil sine sermone factum fuerit, non tantum omnia per sermonem facta sint, sed aliqua solum ab ipso facta fuerint. Proinde intelligamus necesse est, quonam pacto accipere debeamus vocabulum, omnia, &

 quomodo

τȣ μη τετρανωκεναι ἀμφοτερας τας λεξεις ἐκδεξασθαι, ὁτι εἰ παντα δια τȣ λογȣ ἐγενετο, των δε παντων ἐςι και ἡ κακια, και πασα ἡ χυσις της ἁμαρτιας, και τα πονηρα, ὁτι και ταυτα δια τȣ λογȣ ἐγενετο. τȣτο δε ψευδος. κτισματα μεν γαρ δια τȣ λογȣ γεγονεναι ȣκ ἀτοπον, ἀλλα και δια τȣ λογȣ τα ἀνδραγαθηματα, και παντα τα κατορθωματα κατωρθωσθαι τοις μακαριοις νοειν ἀναγκαιον· ȣκετι δε και τα ἁμαρτηματα και τα ἀποπτωματα. ἐξειληφασιν ȣν τινες τω ἀνυποςατον εἶναι την κακιαν, ȣτε γαρ ἠν ἀπ᾽ ἀρχης, ȣτε εἰς τον αἰωνα ἐςαι, ταυτ᾽ εἶναι τα μηδεν· και ὡσπερ ἑλληνων τινες φασιν εἶναι των ȣ τινων τα γενη και τα εἰδη, οἷον το ζωον και τον ἀνθρωπον, ȣτως ὑπελαβον ȣδεν τυγχανειν παν το ȣχ ὑπο θεȣ, ȣδε δια τȣ λογȣ την δοκȣσαν συςασιν εἰληφος. και ἐφιςαμεν εἰ δυνατον ἀπο των γραφων πληκτικωτατα ταυτα παραςησαι. ὁσον τοινυν ἐπι τοις σημαινομενοις τȣ, ȣδεν, και τȣ, ȣκ ὀν, δοξει εἶναι συνωνυμα, τȣ ȣκ ὀντος, ȣδενος ἀν λεγομενȣ, και τȣ ȣδενος, ȣκ ὀντος. Φαινεται δε ὁ Αποςολος τα ȣκ ὀντα ȣχι ἐπι των μηδαμη μηδαμως ὀντων ὀνομαζων, ἀλλ᾽ ἐπι των μοχθηρων μη ὀντα νομιζων τα πονηρα· τα μη ὀντα γαρ, φησιν, ὁ θεος ὡς ὀντα ἐκαλεσεν. ἀλλα και ὁ Μαρδοχαιος, ἐν τη κατα τȣς ἑβδομηκοντα Εσθηρ, μη ὀντας τȣς ἐχθρȣς τȣ Ισραηλ καλει λεγων· μη παραδως το σκηπτρον σȣ, κυριε, τοις μη ȣσιν. και ἐςι προσαγαγειν πως δια την κακιαν μη ὀντες οἱ πονηροι προσαγορευονται ἐκ τȣ ἐν τη Εξοδῳ ὀνοματος ἀναγραφομενȣ τȣ θεȣ, εἰπε γαρ κυριος προς Μωϋσην· ὁ ὠν τȣτο μοι ἐςι το ὀνομα. καθ᾽ ἡμας δε τȣς ευχομενȣς εἶναι ἀπο της ἐκκλησιας, ὁ ἀγαθος θεος ταυτα φησιν· ὁν δοξαζων ὁ σωτηρ λεγει· ȣδεις ἀγαθος εἰ μη εἷς ὁ θεος ὁ πατηρ· ἐκεν ὁ ἀγαθος τῳ ὀντι ὁ αὐτος ἐςιν. ἐναντιον δε τῳ

ἀγαθῳ

librum Pſalmorum referre, reſpondendum eſt illi, dici oportuiſſe, *In hoc libro ſcriptum eſt de me.* Nunc autem vocat omnia unum caput, quod in unum caput colligatur, qui de ipſo ad nos ſermo pervenit. Quid? vidiſſe Joannem librum ſcriptum intus & foris & obſignatum, quem nemo poterat legere, neque ſolvere ſignacula ejus, niſi leo de tribu Juda, radix David, *qui habet clavim David, qui aperit, & nemo claudet; qui claudit, & nemo aperiet?* Univerſa enim Scriptura eſt, quæ libro illo ſignificatur: anterius quidem ſcripta, propter facilem illius expoſitionem; poſterius vero, propter remotiorem, & qui a Spiritu eſt, ſenſum. Obſervandum eſt præterea, ſi ſanctos codices unum eſſe librum, qui vero his adverſantur, multos, demonſtrari poteſt, eoquod viventium unus ſit liber, ex quo delentur, qui indigni ipſo facti ſunt, ut ſcriptum eſt: *Deleantur de libro viventium;* de his vero, qui judicio ſubjiciuntur, non liber, ſed libri dicuntur: ait enim Daniel: *Judicium conſedit, & libri aperti ſunt.* Unitati etiam divini libri teſtimonium adſcribit Moſes dicens: *Si quidem dimittis populo peccatum, dimitte; ſi non dimiſeris, dele me ex libro tuo, quem ſcripſiſti.* Et illud apud Eſaiam ſic interpretor. Non enim proprium eſt hujus prophetiæ, ut ſint ſermones libri obſignati, & non legantur ab eo, qui neſcit literas, quia is neſcit literas, neque ab eo, qui ſcit, quia obſignatus eſt liber. Sed id verum eſt in univerſa Scriptura, quæ indiget verbo Dei, quod clauſit, ut aperiat; hoc enim *claudet, & nemo aperiet*: & cum aperuerit, nemo deinde poteſt dubitationem ad ipſius expoſitionem afferre. Ob eam rem dicitur: *Aperiet, & nemo claudet.* Simile quid de libro, qui eſt apud Ezechielem, accipio, *in quo ſcripta erat lamentatio, & modulatio, & væ.* Omnis enim liber continet væ iis, qui pereunt, & canticum de iis, qui ſervantur, & de iis, qui intermedii ſunt, lamen-

ζομενων μελος, και τον περι των μεταξυ θρηνον. ἀλλα και ὁ ἐσθιων Ιωαννης μιαν κεφαλιδα ἐν ᾗ γεγραπται τα ἐμπροσθεν και τα ὀπισθεν, την πασαν νενοηκε γραφην, ὡς βιβλον μιαν ἡδιςην, κατα τας ἀρχας νουμενην, ὁτε τις αὐτην μασαται· πικραν δε τη ἑκαςυ των ἐγνωκοτων συναισθησει τη περι ἑαυτου, ἀναφαινομενην. ἐτι προσθησω εἰς την τυτυ ἀποδειξιν ῥητον ἀποςολικον μη νενοημενον ὑπο των τυ Μαρκιώνος, και δια τυτο ἀθετυντων τα ἐυαγγελια· το γαρ τον Αποςολον λεγειν, κατα το ἐυαγγελιον μυ ἐν Χριςῳ Ιησυ, και μη φασκειν ἐυαγγελια, ἐκεινοι ἐφιςαντες φασιν, ὐκ ἀν πλειονων ὀντων ἐυαγγελιων τον Αποςολον ἑνικως το ἐυαγγελιον εἰρηκεναι· οὐ συνιεντες ὁτι ὡς εἱς ἐςιν ὁν ἐυαγγελιζονται πλειονες, ὑτως ἑν ἐςι τη δυναμει το ὑπο των πολλων ἐυαγγελιον ἀναγεγραμμενον· και το ἀληθως δια τεσσαρων ἑν ἐςιν ἐυαγγελιον. εἰ τοινυν ταυτα πεισαι ἡμας δυναται τι ποτε ἐςι το ἑν βιβλιον, και τι τα πολλα, νυν μαλλον φροντιζω ὐ δια το πληθος των γραφομενων, ἀλλα δια την δυναμιν των νουμενων, πηποτε περιπεσω τῳ παραβαινειν την ἐντολην, ἐαν τι παρα την ἀληθειαν ὡς ἀληθειαν ἐκθωμαι, κἀν ἐν ἑνι τον γραφομενων. ἐκει γαρ ἐσομαι γραψας βιβλια πολλα· και νυν δε προφασει γνωσεως ἐπανιςαμενων των ἑτεροδοξων τη ἁγιᾳ τυ Θευ ἐκκλησιᾳ, και πολυβιβλυς συνταξεις Φεροντων, ἐπαγγελλομενας διηγησιν των ἐυαγγελικων και ἀποςολικων διαταξεων, ἐαν σιωπησωμεν μη παρατιθεντες αὐτοις τα ὑγιη και ἀληθη δογματα, ἐπικρατησυσι των λιχνων ψυχων ἀποριᾳ τροφης σωτηριυ, ἐπι τα ἀπηγορευμενα σπευδυσων, και ἀληθως ἀκαθαρτα και βδελυκτα βρωματα. διοπερ ἀναγκαιον μοι δοκει εἰναι τον δυναμενον πρεσβευειν ὑπερ τυ ἐκκλησιαςικυ λογυ ἀπαραχαρακτως, και ἐλεγχειν τυς την ψευδωνυμον γνωσιν

μετα-

tationem. Sed Joannes, qui caput unum devoravit, cujus anteriora & posteriora perscripta erant, Scripturam omnem intelligit, ut librum unum suavissimum, quamprimum percipitur, cum quis eum veluti mandit, acerbum vero uniuscujusque eorum, qui perceperunt, sensui ac conscientiæ, quæ ipsum prodit. Addam præterea ad ejus rei firmamentum, dictum Apostoli nusquam intellectum ab iis, qui Marcionem affectantur, qui proinde Evangelia aspernantur & improbant: quod enim ait Apostolus: *Secundum Evangelium meum in Christo Jesu*, nec dicit Evangelia, illi huic dicto imminentes asserunt, eo quod non plura sint Evangelia, Apostolum numero unitatis Evangelium dixisse; ob idque non intelligentes quemadmodum unus est, quem plures prædicant, sic unum esse virtute, quod a multis scriptum est Evangelium. Et revera quod per quatuor scriptum est, unum est Evangelium. Quare si hæc fidem facere apud nos possunt, quid sit unus liber, & quid multi, nunc magis sum sollicitus, non quidem propter multitudinem scriptorum, sed propter vim intellectorum, ne forsan eo prolabar, ut mandatum transiliam, si quid præter veritatem tunquam veritatem exponam, vel in uno meorum commentariorum. Tum enim fuero multorum librorum scriptor: cumque nunc specie ac prætextu cognitionis alienarum opinionum affeclæ in sanctam Dei Ecclesiam insurgant, & multorum librorum compositiones divulgent, quibus Evangelicarum & Apostolicarum constitutionum expositionem pollicentur; si jam sileamus, nec illis salutaria & vera documenta apponamus, avidas & jejunas animas cibi inopia expugnabunt; ad vetitas & omnino impuras abominandasque escas festinantes. Quare necesse mihi videtur esse, eum, qui sine fraude ac prævaricatione potest pro Ecclesiastico sermone oratorem se interponere, & eos confutare, qui falsam sibi cognitionem

 assumunt,

μεταχειριζομενους, ἱςασθαι κατα αἱρετικων ἀναπλασματων ἀντιπαραβαλλοντα το ὑψος του ἐυαγγελικου κηρυγματος, πεπληρωμενον συμφωνιας δογματων κοινων τῃ καλουμενῃ παλαιᾳ προς την ὀνομαζομενην καινην διαθηκην. αὐτος γουν ἀποριᾳ των πρεσβευοντων τα κρειττονα, μη φερων την ἀλογον και ἰδιωτικην πιςιν, δια την προς τον Ιησουν ἀγαπην, ἐπεδεδωκεις ποτε σαυτον λογοις, ὧν ὑςερον τῃ δεδομενῃ σοι συνεσει καταχρησαμενος εἰς δεον, καταγνους ἀπεςης. ταυτα δε φημι κατα το φαινομενον μοι ἀπολογουμενος περι των δυναμενων λεγειν και γραφειν· περι δε ἐμαυτου ἀπολογουμενος, μη ἀρα ου τοιαυτης ὢν ἑξεως ὁποιαν ἐχρην τον παρα θεου ἱκανουμενον διακονον της καινης διαθηκης, ου γραμματος, ἀλλα πνευματος, τολμηροτερον ἐμαυτον τῳ ὑπαγορευειν ἐπιδιδωμι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

assumunt, stare adversus hæretica commenta, & excelsitatem Evangelici præconij illis opponere, in quo est plenissima consensio communis doctrinæ, veteris, quod vocant, cum novo Testamento. Tuque ipse adeo eorum penuria, qui meliora affererent, cum rationi pugnantem & absurdam fidem, quæ tua erat in Jesum pietas, minime ferre posses; iis te olim sermonibus tradideras, quibus postea, usus ea, ut decebat, quæ data tibi est, prudentia, damnatis discessisti. Hæc autem dico ad eorum, qui & dicere & scribere possunt, quatenus mihi apparet, defensionem. Sed & meam ipsius causam dico, qui non eo instructu & habitu, quo esse oportet eum, qui a Deo sit idoneus factus novi Testamenti administer, non literæ, sed spiritus, audacius me ad dicendum projiciam.

Ex eodem Tomo V. apud Pamphilum Martyrem in Apologia pro Origene.

Unigenitus Filius Salvator noster, qui solus ex Patre natus est, solus natura & non adoptione Filius est.

Item in eodem Libro.

Unus ergo est verus Deus, *qui solus habet immortalitatem, lucem habitat inaccessibilem.* Unus & verus Deus, ne scilicet multis veri Dei nomen convenire credamus. Ita ergo & hi, qui accipiunt *spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba Pater*, filii quidem Dei sunt, sed non sicut unigenitus Filius. Unigenitus enim natura Filius, & semper & inseparabiliter Filius est: cæteri vero pro eo, quod susceperunt in se filium Dei, potestatem acceperunt filii Dei fieri. *Qui* licet *non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati* sint, non tamen ea nativitate sunt nati, qua natus est unigenitus Filius. Propter quod quantam differentiam verus Deus habet ad eos, quibus dicitur: *Ego dixi, Dii estis:* tantam differentiam habet verus Filius ad eos, qui audiunt: *filii Excelsi omnes.*

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ

ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

ΕΞΗΓΗΤΙΚΩΝ

ΤΟΜΟΣ ϛʹ.

Πασα μεν οἰκια ὡς ἐνι μαλιϛα ϛεῤῥοτατα κατασκευασθησομενη, ἐν ἐυδιᾳ και νηνεμιᾳ οἰκοδομειται, ἱνα μη ἐμποδιζηται την δεουσαν πηξιν ἀναλαβειν· ὁπως δυνηται και τοιαυτη γενεσθαι, ὡϛε ὑπομειναι πλημμυρας ὁρμην, και προσρηξιν ποταμου, και ὁσα φιλει, χειμωνος συμβαινοντος, ἐλεγχειν μεν τα σαθρα των οἰκοδομηματων, δεικνυναι δε τα την οἰκειαν ἀρετην ἀπειληφοτα των κατασκευασματων. ἐξαιρετως δε ἡ των της ἀληθειας θεορηματων δεκτικη, λογικη ὡς ἐν ἐπαγγελιᾳ ἡ γραμμασιν οἰκοδομη, τοτε μαλιϛα οἰκοδομειται, καλως συνοικοδομουντος τῳ προθεμενῳ τῳ ἀριϛον τουτο ἐργον ἐπιτελειν του θεου, ἐπαν γαληνιαζῃ τῃ ὑπερεχουσῃ παντα νουν εἰρηνῃ χρωμενη ἡ ψυχη, πασης ταραχης ἀλλοτριουμενη, και οὐδαμως κυματουμενη. ταυτα δη μοι δοκουσιν ἀκριβως κατανενοηκοτες οἱ του προφητικου πνευματος ὑπηρεται, και οἱ του ἐυαγγελικου κηρυγματος διακονοι ἀξιους ἑαυτους παρειληφεναι του λαβειν την ἐν κρυπτῳ, εἰρηνην, ἀπο του ἀιει τοις ἀξιοις διδοντο. αὐτην, του εἰρηκοτος, εἰρηνην ἀφιημι ὑμιν, εἰρηνην την ἐμην διδωμι ὑμιν· οὐ καθως ὁ κοσμος διδωσιν εἰρηνην, κἀγω διδωμι ὑμιν. ἐπισκοπησον δη μηποτε τοιουτον τι αἰνιττεται περι τον Δαβιδ και Σολομωντα ἡ περι του ναου ἱϛορια.

Δαβιδ

ORIGENIS
COMMENTARIORUM
IN EVANGELIUM
SECUNDUM JOANNEM
TOMUS SEXTUS.

PRÆFATIO.

Interprete Ambrosio Ferrario.

Omnis quidem domus, quæ, quantum fieri potest, firmissime construenda est, sereno tempore & tranquillo ædificatur: ne impediatur decenem recipere stabilitatem, ut talis esse possit, quæ ıstineat impetum exundationis, & allisionem fluvii, t quæcumque solent, si contingat tempestas, quæam ædificia putrida ac debilia, atque quæ firma & :abilia propriam virtutem receperint, declarare. Præipue vero ædificium rationis compos, constans veıti in promissione, & literis, contemplationum veitatis capax, potissimum tum probe ædificatur [Deo, na cum eo, qui optimum præstantissimumque hoc pus perficere constituit, ædificante:] cum anima, ace illa, quæ omnem intelligentiam superat, utens ıtıma tranquillitate potitur, ab omni tumultu libeata, & nullis undarum procellis agitata. Hæc igiur accurate cum perspexissent, & Prophetici spiriıs interpretes, & Evangelicæ prædicationis ministri, ıihi videntur seipsos dignos exhibuisse, qui accipeent pacem interiorem ab eo, qui eam dignis semper xhibet, quique dixit: *Pacem relinquo vobis, pacem ıeam do vobis: non quomodo mundus dat pacem, ego do ·obis pacem.* Proinde inspice, num quando tale quid ınuat historia Davidis & Solomonis de Templo.

David

Δαβιδ μεν γαρ πολεμες κυριε πολεμων, και προς πλειονας ἱςαμενος ἐχθρες ἑαυτε και τε Ισραηλ, θελων οἰκοδομησαι ναον τῳ θεῳ, ὑπο τε θεε δια τε Ναθαν κωλυεται, λεγοντος προς αὐτον· ὀυκ οἰκοδομησεις μοι οἰκον, ὁτι ἀνηρ αἱματων συ· Σολομων δε ὀναρ τον θεον ἰδων, και ὀναρ την σοφιαν λαβων, ἐτηρειτο γαρ το ὑπαρ τῳ λεγοντι, ἰδε πλειον Σολομωντος ὡδε, ἐν βαθυτατῃ γενομενος εἰρηνῃ, ὡς ἀναπαυεσθαι τοτε ἑκαςον ὑποκατω της ἀμπελε αὐτε, και ὑποκατω της συκης αὐτε, και της κατα τες χρονες αὐτε εἰρηνης ἐπωνυμος τυγχανων· Σολομων γαρ ἑρμηνευεται εἰρηνικος· δια την εἰρηνην σχολαζει τον διαβοητον οἰκοδομησαι ναον τῳ θεῳ. και κατα τες Εσδρα χρονες, ὁτε νικᾳ ἡ ἀληθεια τον οἰνον, και τον ἐχθρον βασιλεα, και τας γυναικας, ἀνοικοδομειται ὁ ναος τῳ θεῳ. ταυτα δ' ἡμιν ἀπολογεμενοις προς σε, ἱερε Αμβροσιε, εἰρηται, ἐπει τον ἐυαγγελικον πυργον κατα την ἁγιαν σε προτροπην ἐν γραμμασιν οἰκοδομησαι θελησαντες ἐψηφισαμεν μεν καθεσθεντες την δαπανην, εἰ ἐχομεν τα προς ἀπαρτισμον, ἱνα μη, ἐμποδιζωμεθα ὑπο των θεωρεντων, καταβαλλομενοι, ἐκτελεσαι δε το ἐργον μη δεδυνημενοι. ψηφισαντες δε ἑτοιμα μεν τα εἰς ἀπαρτισμον της οἰκοδομης ἡμιν παροντα, ὀυ κατειληφαμεν, τῳ θεῳ δε πεπιςευκαμεν τῳ πλετιζοντι ἐν παντι λογῳ και πασῃ γνωσει, ὁτι ἀγωνιζομενες ἡμας αὐτες τηρειν τες πνευματικες νομες πλετιζει, και ἐκ των ἐπιχορηγεμενων ὑπ' αὐτε προκοπτοντες ἐν τῳ οἰκοδομειν, φθασομεν και ἐπι την ςεφανην τε οἰκοδομηματος, κωλυεσαν πιπτειν τον ἀνεληλυθοτα ἐπι το δωμα τε λογε, ἀπο μονων των ἐςερημενων της ςεφανης πιπτοντων των πιπτοντων, δια το ἀτελες των οἰκοδομηματων, φονων αἰτιων τοις ἐν αὐτῳ τυγχανεσι, και πτωματων γινομενων. και μεχρι γε τε πεμπτε τομε, εἰ και ὁ κατα την Αλεξανδρειαν χειμων ἀντιπραττειν ἐδοκει, τα διδομενα ὑπηγορευσαμεν, ἐπιτιμωντος τοις ἀνεμοις, και τοις κυ-

μασι

David ſiquidem hoſtes Domini debellans, & contra plures inſtans ſui ipſius, & Iſraelis inimicos, volens ædificare templum Deo, a Deo per Nathan prohibetur dicente: *Non ædificabis mihi domum, quia vir ſanguinum es tu:* Solomon autem, qui Deum per ſomnium conſpexit, quique etiam ſapientiam per ſomnium cepit (ſervabatur enim revera dicenti: *Ecce plus quam Solomon hoc in loco*) in altiſſima pace exiſtens, ita ut unusquisque ſub ſua vite, & ſub ſua ficu requieſceret, cognomen ejus pacis habens, quæ ſuo tempore contigerat (nam Solomon interpretatur, Pacificus) propter pacem, vacat ad ædificandum Deo celeberrimum templum. Quin Esdræ tempore, cum vinum & inimicum regem, ac denique mulieres vincit veritas, reædificatur templum Deo. Hæc a nobis ſint tibi dicta, o ſacer Ambroſi, pro defenſione noſtra: quoniam turrim Evangelicam ex ſancto hortatu tuo volentes literis ædificare, ſupputavimus quidem ſedentes ſumptum an habeamus ad ea, quibus opus eſt ad perficiendum: ne illudamur reprehenſi ab intuentibus, tanquam qui fundamentum quidem jecerimus, perficere vero opus nequiverimus. Cæterum ſupputatione facta cum deprehendiſſemus, perficiendæ fabricæ, ea quæ paraveramus, non ſufficere, id totum Deo commiſimus ditanti in omni ſermone & cognitione; credentes, quod nos ipſos leges ſervare ſpirituales conantes ditabit; & quod progredientes in ſtructura adjuti his, quæ ipſe ſuppeditaverit, ad ædificii etiam coronam perveniemus: quæ eum, qui aſcenderit ad domum ſermonis, cadere prohibet; cum ab his tantum domibus, quæ corona carent, cadant ii, qui cadunt, propter imperfectionem ædificiorum, quæ cædes, & caſus cauſantur his, qui in eodem ſunt loco. Jam ad quintum usque tomum, quamvis adverſari nobis videretur Alexandriæ procella, quæ conceſſa fuere, loquuti ſumus,

Jeſu

μασι της θαλασσης τε Ιησε. και εκ τε δε επιπεσοντος προεληλυθοτες εξελκυσθημεν απο της Αιγυπτε, ρυσαμενε ημας τε θεε τε εξαγαγοντος τον λαον αυτε απ' αυτης· επειτα τε εχθρε πικροτατα ημων καταστρατευσαμενε δια των καινων αυτε γραμματων, των αληθως εχθρων τω ευαγγελιω, και παντας τους εν Αιγυπτω ανεμες της πονηριας καθ' ημων εγειραντος, στηναι μαλλον με προς τον αγωνα παρεκαλει ο λογος, και τηρησαι το ηγεμονικον, μηποτε μοχθηροι λογισμοι εξισχυσωσι τον χειμωνα και τη ψυχη με επεισαγαγειν, ηπερ ακαιρως πριν γαληνην την διανοιαν λαβειν συναπτειν τα εξης της γραφης. και οι συνηθεις δε ταχυγραφοι μη παροντες τε εχεσθαι των υπαγορευσεων εκωλυον. νυν δ' οτε τα καθ' ημων πεπυρωμενα πολλα, σβεννυντος θεε, βελη ημβλυνται, και ενεθισθεισα ημων η ψυχη τοις συμβεβηκοσι δια τον ερανιον λογον, φερειν ραον βιαζεται τας γεγενημενας επιβελας, ωσπερει ποσης ευδιας λαβομενοι, εκετι υπερτιθεμενοι υπαγορευειν τα ακολεθα βελομεθα, θεον διδασκαλον υπηχεντα εν τω αδυτω της ψυχης ημων παρειναι ευχομενοι, ινα τελος λαβη η της κατα Ιωαννε διηγησεως τε ευαγγελιε οικοδομη, γενοιτο δ' ο θεος επηκοος ημων τη ευχη, εις το συναψαι δυνηθηναι το σωμα τε ολε λογε, μηκετι μεσολαβεσης περιστασεως, διακοπην του ειρμου της γραφης οποιανδηποτε ενεργησασθαι δυναμενης. ισθι δε οτι απο πολλης προθυμιας δευτεραν ταυτην αρχην ποιεμαι εκτες τουε, δια το τα προϋπεγορευθεντα ημιν εν τη Αλεξανδρεια εκ οιδ' οπως μη εκκομισθαι· βελτιον γαρ ηγησαμην, υπερ τε μη απρακτως μοι τεδε τε εργε παρελθειν, και τετον τον χρονον ηδη των λοιπων αρξασθαι, και μη, μετ' αδηλω τω ευρεθησεσθαι τα προϋπαγορευθεντα ημιν αναμενων, κερδος εκ ολιγον απολεσαι το των μεταξυ ημερων. και ταυτα μεν αυταρκως πεπροοιμιασθω, ηδη δε και της λεξεως εχωμεθα.

Jesu increpante ventos & undas maris. Ex hoc casu progressi, extracti sumus ex Ægypto, Deo nos liberante, qui eduxit populum suum ex ea; deinde inimico adversus nos acerbissime pugnante per suas novas literas, revera Evangelio inimicas, omnesque Ægypti ventos adversus nos concitante, stare me magis adhortabatur ratio ad certamen, & servare præstantissimam mei partem, quam importune conjungere restantem Scripturam, antequam rationis discursus tranquillitatem reciperet, ne forte cogitationes pravæ invalescerent in animam etiam meam procellam inducere. Quin absentes quoque, qui mihi de more adsunt, veloces scriptores, me prohibeant, quæ excogitassem, mandare literis. Nunc vero quando adversum nos ignitæ sagittæ multæ vanæ fuerunt factæ, Deo illas extinguente, & assueta anima nostra his, quæ cœlestis sermonis causa contingunt, ferre cogitur facilius factas insidias, veluti aliquantum serenitatis nacti, non amplius differentes dictare volumus, quæ restant, Deum magistrum in animæ nostræ adyto penetrali insonantem adesse precantes, ut finem accipiat structura enarrationis Evangelii secundum Joannem. Atque utinam audiat Deus preces nostras, ut corpus totius operis conjungere possimus, nec ulla posthac necessitas intercipiat atque interrumpat scripturæ seriem. Cæterum scias ex multa nos promptitudine initium sexti tomi denuo facere, eoquod quæ antea interpretati fueramus Alexandriæ, nescio quo pacto nobiscum allata non fuerunt. Melius enim ratus sum, ne interim etiam hoc opus cum ignavia intermitteretur, quæ restabant prosequi, quam dum incertus sum inveniendi, quæ interpretati fueramus, exspectare: hoc interim tempore, quod lucri non parva est accessio, pereunte. Et hæc prœmii loco satis sunto: nunc jam contextum sequamur.

Και αὔτη ἐςιν ἡ μαρτυρια τε Ιωαννε. Δευτερα αὔτη ἀναγεγραμμενη Ιωαννε τε Βαπτιςε περι Χριςε μαρτυρια, της προτερας ἀρξαμενης ἀπο του· ἕτος ἦν ὃν εἶπον, ὁ ὀπισω με ἐρχομενος, και ληγεσης εἰς το· ὁ μονογενης υἱος τε Θεε, ὁ ὢν εἰς τον κολπον τε πατρος, ἐκεινος ἐξηγησατο. ἐχ ὑγιως δε ὁ Ηρακλεων ὑπολαμβανει, ἐδεις τον Θεον ἑωρακεν πωποτε, και τα ἑξης φασκων εἰρησθαι ἐκ ἀπο τε μαθητε, ἀλλ' ἀπο τε Βαπτιςε. εἰ γαρ και κατ' αὐτον το, ἐκ τε πληρωματος αὐτε ἡμεις παντες ἐλαβομεν, και χαριν ἀντι χαριτος, ὅτι ὁ νομος δια Μωσεως ἐδοθη, ἡ χαρις και ἡ ἀληθεια δια Ιησε Χριςε ἐγενετο, ὑπο τε Βαπτιςε εἰρηται, πως ἐκ ἀκολεθον τον ἐκ τε πληρωματος τε Χριςε εἰληφοτα, και χαριν δευτεραν ἐπι προτερας χαριτος, ὁμολογεντα τε δια Μωσεως μεν δεδοσθαι τον νομον, την δε χαριν και την ἀληθειαν δια Ιησε Χριςε γεγονεναι, ἐκ των ἀπο τε πληρωματος εἰς αὐτον ἐληλυθοτων, νενοηκεναι πως Θεον ἐδεις ἑωρακεν πωποτε, και το τον μονογενη εἰς τον κολπον ὀντα τε πατρος την ἐξηγησιν αὐτῳ και πασι τοις ἐκ τε πληρωματος εἰληφοσι παραδεδωκεναι; ἐ γαρ νυν πρωτον ἐξηγησατο ὁ ὢν εἰς τον κολπον τε πατρος, ὡς ἐδενος ἐπιτηδειε προτερον γεγενημενε λαβειν ἁ τοις ἀποςολοις διηγησατο· εἰ γε πριν Αβρααμ γενεσθαι ὢν διδασκει ἡμας τον Αβρααμ ἠγαλλιασθαι, ἱνα ἰδη την ἡμεραν αὐτε, και ἐν χαρᾳ γεγονεναι. και το, ἐκ τε πληρωματος αὐτε ἡμεις παντες ἐλαβομεν, και το· χαριν ἀντι χαριτος, ὡς ἐν τοις προ τετων εἰρηκαμεν, δηλοι και τες προφητας ἀπο τε πληρωματος Χριςε την δωρεαν κεχωρηκεναι, και την δευτεραν χαριν ἀντι της προτερας αὐτες εἰληφεναι· ἐφθακεισαν γαρ κἀκεινοι ὑπο τε πνευματος χειραγωγεμενοι, μετα την ἐν τοις τυποις εἰσαγωγην, ἐπι την της ἀληθειας θεαν. διοπερ ἐ παντες οἱ προφηται, ἀλλα πολλοι ἐπεθυμησαν ἰδειν ἁ οἱ ἀποςολοι ἐβλεπον. εἰ γαρ ἦν προφητων διαφορα, οἱ τετελειωμενοι και διαφεροντες ἐκ ἐπεθυμησαν ἰδειν ἁ εἶδον οἱ ἀποςολοι, τεθεωρηκασι γαρ αὐτα. οἱ δε μη φθασαντες

2. *Et hoc est testimonium Joannis.* Secundum hoc est Joannis Baptistæ de Christo scriptum testimonium, primo testimonio incipiente ab illis verbis: *Hic erat, quem dixi; qui post me venit*, & desinente in ea: *Unigenitus filius Dei, qui est in sinu Patris, ille enarravit.* At vero non recte Heracleon suspicatur verba illa: *Nullus Deum vidit unquam*, & quæ sequuntur, dicta fuisse non a Baptista, sed a discipulo. Nam si etiam opinione sua, quod *ex plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quoniam lex per Mosen data est; gratia & veritas per Jesum Christum facta est*, a Baptista est dictum; quomodo non consequens est, eum, qui ex plenitudine Christi acceperit, & gratiam secundam pro gratia prima, quique fassus fuerit datam fuisse per Mosem legem; gratiam vero & veritatem per Jesum Christum factam fuisse, ex his, quæ ex plenitudine in ipsum devenissent, tum intellexisse, quomodo *Deum nullus vidit unquam*, tum etiam quod *Unigenitus ad sinum Patris existens*, hæc ipsi, & omnibus qui ex plenitudine ejus hausissent, enarraverit? Non enim nunc primum enarravit, qui est in sinu Patris, perinde quasi nullus antea idoneus exstiterit accipere, quæ Apostolis enarravit, quandoquidem antequam Abraham fieret existens, docet nos Abraham exsultasse, ut videret diem ipsius gavisumque fuisse. Quin quod ait: *Ex plenitudine ipsius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia*, ut in superioribus diximus, arguit Prophetas etiam ex Christi plenitudine donum cepisse, gratiamque secundam pro prima eos sumpsisse: pervenerunt enim & illi a Spiritu manuducti, postquam introducti fuissent, atque exerciti in figuris, ad veritatis visionem. Quocirca non omnes *Prophetæ*, sed *multi desiderarunt videre, quæ* Apostoli viderunt. Nam si Prophetarum erat differentia, perfecti & præstantes non desiderarunt videre, quæ viderunt Apostoli: viderunt enim ipsa. Qui vero non

σαντες ὁμοιως τȣτοις εἰς το ὑψος ἀναβηναι τȣ λογȣ, ἐν ὀρεξει γεγονασι των τοις ἀποςολοις δια Χριςȣ ἐγνωσμενων. το γαρ, ἰδειν, ἡμεις ȣ͗ σωματικως εἰρησθαι ἐξειληφαμεν, και το, ἀκȣσαι, πνευματικως ἀπαγγελλομενον νενοηκαμεν, μονȣ τȣ ὠτα κτησαμενȣ ἀκȣειν παρεσκευασμενȣ των λογων τȣ Ιησȣ· ὁπερ ȣ͗ πανυ ἀθροως γινεται. ἐτι δε περι τȣ τȣς προ της σωματικης ἐπιδημιας του Ιησου ἁγιȣς πλεον τι των πολλων των πιςευοντων ἐσχηκοτας, τα της θειοτητος μυςηρια κατανενοηκεναι, τȣ λογȣ τȣ θεȣ διδασκοντος αὐτȣς, και πριν γενηται σαρξ· (ἀει γαρ εἰργαζετο μιμητης τȣ πατρος ὠν, περι ȣ͗ λεγει, ὁ πατηρ μȣ ἑως ἀρτι ἐργαζεται) ἐςιν ἀπολογισασθαι και ἀπο τȣτων των λεξεων, φησι πȣ προς τȣς Σαδδȣκαιȣς ἀπιςȣντας τῳ περι ἀναςασεως λογῳ· ȣ͗κ ἀνεγνωτε το ῥηθεν ἐπι της βατȣ ὑπο τȣ Θεȣ· ἐγω Θεος Αβρααμ, και Θεος Ισαακ, και Θεος Ιακωβ; Θεος δε ȣ͗κ ἐςι νεκρων, ἀλλα ζωντων. εἰ τοινυν ὁ θεος ȣ͗κ ἐπαισχυνεται θεος των ἀνδρων τȣτων καλεισθαι, και ἐν ζωσιν ὑπο Χριςȣ καταριθμȣνται, υἱοι τε τȣ Αβρααμ παντες εἰσιν οἱ πιςευοντες, ἐπει ἐνευλογουνται τῳ πιςῳ Αβρααμ παντα τα ἐθνη, πατρι των ἐθνων ὑπο τȣ θεȣ τεθειμενῳ, διςαζομεν παραδεξασθαι ἐγνωκεναι τȣς ζωντας τα των ζωντων μαθηματα, μαθητευθεντας Χριςῳ τῳ προ ἑωσφορȣ γεγεννημενῳ πριν γενηται σαρξ; δια τȣτο δε ἐζων, ἐπει μετειχον του εἰποντος, ἐγω εἰμι ἡ ζωη, και ἐχωρȣν ὡς τηλικȣτων κληρονομοι ἐπαγγελιων, ἐπιφανειαν ȣ͗ μονον ἀγγελων, ἀλλα και Θεȣ ἐν Χριςῳ, και ταχα ὁρωντες την εἰκονα τȣ θεȣ τȣ ἀορατȣ, ἐπει ὁ ἑωρακως τον υἱον ἑωρακε τον πατερα, ἀναγεγραμμενοι εἰσι θεον νενοηκοτες και θεȣ λογων θεοπρεπως ἀκηκοοτες, ἑωρακεναι θεον, και ἀκηκοεναι αὐτȣ. ἐγω δ' οἰμαι ὁτι οἱ τελειως και γνησιως υἱοι τȣ Αβρααμ, των πνευματικων νοȣμενων πραξεων αὐτȣ εἰσιν υἱοι, και της φανερωθεισης αὐτῳ γνωσεως, των ἐκεινῳ γνωσθεντων και

πραχθεντων

æque atque hi assequuti sunt, ut ad altitudinem sermonis ascenderint, appetiverunt ea, quæ Apostoli per Christum cognoverunt. Nam illud, *videre*, non corporaliter dictum fuisse interpretati sumus, quemadmodum etiam illud, *audire*, spiritualiter prolatum intelleximus: quippe cum is solus aures possideat, qui eas præparavit ad audiendum sermones Jesu: quæ res haud ita frequenter obtingit. Jam vero sanctos cæteris credentibus habentes plus quidpiam, divinitatis mysteria ante corporalem Jesu adventum intellexisse, Dei sermone eos edocente etiam antequam caro fieret (nam semper operatur, imitator Patris cum sit, de quo dicit: *Pater meus usque modo operatur*) considerare licet ex his etiam dictionibus, ubi Sadducæis non credentibus sermoni de resurrectione inquit: *Non legistis quod Deus in rubro dixit: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob? Deus vero non est mortuorum, sed viventium.* Si igitur Deum non pudet virorum horum vocari Deum, hique viri inter viventes a Deo numerantur, filiique Abraham sunt omnes credentes (quandoquidem in fideli Abraham, qui positus est pater gentium a Deo, benedicuntur omnes gentes) ambigimus admittere viventes viventium agnovisse disciplinas, idque a Christo edoctos ante luciferum genito, antequam caro fieret? Cæterum ob eam causam vivebant, quoniam participabant dicentem: *Ego sum vita*, & percipiebant apparitionem non modo Angelorum, sed etiam Dei per Christum, tanquam tantarum promissionum hæredes: & fortasse videntes imaginem invisibilis Dei (quandoquidem qui vidit Filium, vidit & Patrem) quum intellexissent Deum, Deique sermones pro ipsius dignitate audissent, Deum vidisse, ipsumque audisse scribuntur. Arbitror vero ego eos, qui perfecte & sincere filii Abraham exstiterint, filios esse actionum ipsius Abrahæ, quæ intelliguntur esse spirituales, atque

πραχθεντων ἐγγινομενων τοις χρηματιζουσιν υἱοις του πατριαρχου, καθα διδασκει τους ἐχοντας ὠτα λεγων, εἰ τεκνα του Αβρααμ ἠτε, τα ἐργα του Αβρααμ ἐποιειτε. και εἰ σοφος νοησει τα ἀπο ἰδιου ςοματος, ἐπι δε χειλεσι φορεσει ἐπιγνωμοσυνην, ἀναγκαιον ἠτοι προπετως ἀποφηναϑαι τινα περι προφητων, ὡς οὐ σοφων, εἰ μη νενοηκασι τα ἀπο του ἰδιου ςοματος, ἡ το ἐυφημον και ἀληθες παραδεξαμενους, ὁτι ἠσαν οἱ προφηται σοφοι, ὁμολογειν νενοηκεναι αὐτους ἀπο ἰδιου ςοματος, και ἐπι τοις χειλεσι πεφορεκεναι την ἐπιγνωμοσυνην, και δηλον ὁτι Μωσης ἑωρα τῳ νοΐ την ἀληθειαν του νομου, και τας κατα ἀναγωγην ἀλληγοριας των ἀναγεγραμμενων παρ᾽ αὐτῳ ἱςοριων. Ιησους δε την ἀληθη κληροδοσιαν γενομενην μετα την καθαιρεσιν των εἰκοσι και ἐννεα βασιλεων συνιει, μαλλον ἡμων δυναμενος συνοραν τινων ἀληθων σκιαι ἐτυγχανον τα δἰ αὐτου ἐπιτελουμενα. δηλον δ᾽ ὁτι και Ησαΐας το μυςηριον ἑωρα του ἐπι του θρονου καθεζομενου, και των δυο σεραφιμ, και των πτερυγων αὐτου, τουτε θυσιαςηριου, και της λαβιδος, και της ἐπικαλυψεως του προσωπου, και των ποδων, γινομενης ὑπο των σεραφιμ. Ιεζεκιηλ δε τα χερουβιμ, και την πορειαν αὐτων, και το ἐπ᾽ αὐτων ςερεωμα, και των ἐπικαθεζομενων τῳ θρονῳ, ὡν τι ἀν εἰη ἐνδοξοτερον και ὑψηλοτερον; και ἱνα μη καθεν λεγων ἐπι πολυ μηκυνω τον λογον, βουλομενος κατασκευαζειν οὐκ ἐλαττον των τοις ἀποςολοις ἀπο Χριςου ἀποκαλυφθεντων ἐγνωκεναι τους τετελειωμενους ἐν ταις προτεραις γενεαις, ἀποκαλυπτοντος αὐτοις του και τους ἀποςολους διδαξαντος τα ἀποῤῥητα της θεοσεβειας μυςηρια, ἐτι ὀλιγα προσθεις κρινειν τοις ἐντυγχανουσι καταλειψω και ὁ βουλονται περι τουτων σκοπειν. φησι γαρ ἐν τῃ προς τους Ρωμαιους ἐπιςολῃ ὁ Παυλος· τῳ δε δυναμενῳ ὑμας ςηριξαι κατα το ἐυαγγελιον μου, κατα ἀποκαλυψιν μυςηριου, χρονοις αἰωνιοις

σεσυγημενου,

etiam filios esse scientiæ manifestatæ ipsi Abrahæ; quoniam quæ ipse cognovit, & fecit, ingenita fuerint illis, qui filii sunt patriarchæ, quemadmodum docet habentes aures, dicens: *Si filii Abraham essetis, opera Abrahæ faceretis.* Quod si *Sapiens intelliget, quæ ex proprio ore protulerit, in labiis vero portabit animi candorem:* vel necessario quædam de Prophetis, tanquam non sapientibus (ut qui non intellexerint proprio ore prolata) inconsiderate enuncianda erunt, vel quod celebre est, & verum admittentes (nempe Prophetas sapientes esse) fatendum erit, quæ proprio ore protulerint, eos intellexisse, inque labiis gestasse animi candorem; & perspicuum est Mosen mentis acie legis veritatem, historiarumque apud se scriptarum allegorias juxta anagogen vidisse. Imo Jesus veram distributionem factam post destructionem novem & viginti regum intelligit, cum magis quam nos conspicere posset, quas veritates adumbrarent res a se gestæ. Quin perspicuum etiam est Esaiam, mysterium sedentis in throno & duorum Seraphim, & alarum, ipsiusque altaris & forcipis & operimenti faciei, & pedum, quod faciebant Seraphim, vidisse. Rursus Ezechiel Cherubim, & ipsorum iter, & firmamentum super ipsos, & sedentem in throno vidit, quibus quid gloriosius sublimiusque? Et ne singulatim prosequens in longum protendam sermonem, volens ostendere viros perfectos in superioribus ætatibus non minus cognovisse, quam qui a Christo revelationem habuerunt, quippe cum his ille idem, qui Apostolos docuit, cultus Dei mysteria abscondita retexerit, adhuc paucis additis judicandum legentibus relinquam, & considerandum de hisce rebus, quidquid volunt. Nam inquit in Romanorum Paulus epistola: *Ei autem, qui potest nos firmare secundum Evangelium meum, juxta revelationem mysterii, quod temporibus sempiternis est tacitum, manifestatum* autem nunc per

 Scripturas

σεσιγημενε, φανερωθεντος δε νυν δια τε γραφων προφητικων, και της επιφανειας τε κυριε ἡμων Ιησε Χριςε. εἰ γαρ δια γραφων προφητικων το παλαι σεσιωπημενον μυςηριον πεφανερωται τοις ἀποςολοις, και οἱ προφηται ἐνοεν τα ἀπο ἰδιε ςοματος, ἁτε ὀντες σοφοι, τα πεφανερωμενα τοις ἀποςολοις οἱ προφηται ᾐδεσαν. ἐπει δε πολλοις ἐκ ἀπεκαλυπτετο, δια τετο φησιν ὁ Παυλος, ἑτεραις γενεαις ἐκ ἐγνωρισθη τοις υἱοις των ἀνθρωπων, ὡς νυν ἀπεκαλυφθη τοις ἁγιοις ἀποςολοις αὐτε, και προφηταις ἐν πνευματι, εἶναι τα ἐθνη συγκληρονομα, και συσσωμα. ὁρα δε εἰ και ἑτως οἱον ἀνθυπενεχθησομενην ἀνθυποφοραν ὑπο των μη παραδεχομενων τον λογον, την λεξιν ταυτην ἑτως ἐκλαβειν το, ἀποκαλυπτομενον, μηποτε διχως ἐςιν ἰδειν, ἀποκαλυπτομενον· καθ' ἑνα μεν τροπον ὁτε νοειται, καθ' ἑτερον δε ἐαν ᾖ τετο προφητευομενον, ὡςε και πληρωθηναι αὐτο· τοτε γαρ ἀποκαλυπτεται ὁτε ἐπιτελειται πληρεμενον. το τοινυν τα ἐθνη συγκληρονομα, και συσσωμα, και συμμετοχα εἶναι της ἐπαγγελιας ἐν Χριςῳ, ὁσον μεν ἐπι τῃ γνωσει, τε ἐσεσθαι τα ἐθνη συγκληρονομα, και συσσωμα, και συμμετοχα, και ποτε ἐσεσθαι, και δια τι, και τινα ὀντα, και πως ξενα των διαθηκων τυγχανοντα, και ἀλλοτρια της ἐπαγγελιας, συσσωμα και συμμετοχα ὑςερον ἐσομενα ᾐδεσαν οἱ προφηται, ἀποκαλυφθεντος αὐτοις τετε. ἀλλ' ἐχ ἑτως τοις νοεσιν, ἐχ ὁρωσι δε ἐπιτελεμενα τα προφητευομενα ἀποκεκαλυπται τα ἐσομενα, ὡς τοις ὑπ' ὀψιν θεωρεσι την ἐκβασιν αὐτων, ὁπερ γεγονεν ἐπι των ἀποςολων. ἑτω γαρ, ὡς οἶμαι, ἐνοεν τα πραγματα κ̕ μαλλον των πατερων και προφητων, ἀληθευεται δε περι αὐτων το· ὁ ἑτεραις γενεαις ἐκ ἀπεκαλυφθη, ὡς νυν τοις ἀποςολοις και προφηταις, εἶναι τα ἐθνη συγκληρονομα, και συσσωμα, και συμμετοχα

Scripturas propheticas, & per apparitionem Domini nostri Jesu Christi. Si enim Apostolis manifestatum est mysterium per Scripturas propheticas, olim tacitum, & Prophetæ intelligebant, quæ proprio ore proferebant, quia sapientes essent, profecto quæ Apostolis manifestata fuere, etiam Prophetæ intellexerunt. Quoniam vero multis, & vulgaribus revelatum non fuerat, ob eam causam inquit Paulus: *Aliis ætatibus non innotuit filiis hominum, quemadmodum nunc revelatum est sanctis Apostolis ejus, & Prophetis per Spiritum, ut sint Gentes cohæredes, & ejusdem corporis.* Vide vero, an etiam ob objectionem, quam objicere possent hi, qui non admittunt rationem nostram, sic interpretari possimus vocabulum, *revelatum:* nempe ut duobus modis dicatur; uno quidem modo, quando id, quod revelatur, intelligitur; altero vero, quando fuerit aliquit prophetatum, quod futurum sit, & complendum: tum enim revelatur, quando res impleta perficitur. Quod igitur *Gentes* (per Christum) sint *cohæredes, & ejusdem corporis, & comparticipes promissionis in Christo*, quantum quidem attinet ad cognitionem, ut Gentes futuræ sint cohæredes, & ejusdem corporis, & comparticipes, & quando cohæredes erant futuræ, & quare, & quales essent, & quomodo extraneæ a testamentis alienæque a promissione, futuræ in posterum erant ejusdem corporis & comparticipes, norant Prophetæ, cum ipsis hoc revelatum fuisset. Intelligentibus vero tantum, & non videntibus perfecta fuisse ea, quæ prophetata fuerant, non sic revelata sunt futura, ut iis, qui sub aspectum horum eventum cernebant, quod factum est in Apostolis: nam, ut (ad unum modum) arbitror eos non magis res intellexisse, quam Patres & Prophetæ; sic altero modo verificatur de eis illud, quod *aliis ætatibus revelatum non fuit, quemadmodum nunc Apostolis & Prophetis, Gentes esse cohæredes, & ejusdem corporis, & com-*

μετοχα της ἐπαγγελιας ἐν Χριςῷ, τῷ προς τῷ νοειν αὐτους τα μυςηρια, και την ἐνεργειαν δια του πραγματος ἐπιτελουμενου κατανοειν. δυναται δε και το· πολλοι προφηται και δικαιοι ἐπεθυμησαν ἰδειν, ἅ ὑμεις βλεπετε, και οὐκ εἶδον, και ἀκουσαι, ἅ ἀκουετε, και οὐκ ἤκουσαν, την ὁμοιαν ἐχειν διηγησιν, οἱονει ἐπιθυμησαντων κἀκεινων ἰδειν οἰκονομουμενον το μυςηριον της του υἱου του Θεου ἐνσωματωσεως και καταβασεως ἐπι την οἰκονομιαν του σωτηριου τοις πολλοις παθους αὐτου, ὡς ἐπι παραδειγματος και ἀλλο τι τοιουτον ἐλαμβανομεν, ἐςω τινα των ἀποςολων συνιεντα τα ἀρρητα ῥηματα, ἅ οὐκ ἐξον ἀνθρωπων λαλησαι, μη ὀψομενον την παρα τοις πεπιςευκοσι κατηγγελμενην δευτεραν σωματικην Ιησου ἐνδοξον ἐπιδημιαν, ἐπιθυμειν αὐτην ὁραν, ἑτερον δε τινα οὐ μονον τα αὐτα τῷ ἀποςολῳ ἠκριβωκοτα και νενοηκοτα, ἀλλα και πολλῷ αὐτου ἐλαττον ἀντεχομενον της θειας ἐλπιδος, καταλαμβανειν την δευτεραν του σωτηρος ἡμων ἐπιδημιαν, ἣν ἐπιτεθυμηκετω μεν, κατα το παραδειγμα, ὁ ἀποςολος, μη τεθεωρηκετω δε· οὐ ψευδος δη ἐρουμεν ὁτι οἱδε δυο ἅ ἐπεθυμησεν ὁ ἀποςολος ἰδειν ἠ και ἀποςολοι, τεθεανται, και οὐ παντως παρα τουτο συνετωτερους αὐτους ἠ μακαριωτερους ἀναγκη λεγειν των ἀποςολων. οὑτως οὐδε τους ἀποςολους σοφωτερους των πατερων, ἠ Μωσεως, και των προφητων, και μαλιςα των ἐπιπλειον δἰ ἀρετην ἀξιωθεντων ἐπιφανειων, και ἐμφανειων θειων, και ἀποκαλυψεων μυςηριων μεγαλων.

Επιπλεον δε διετριψαμεν ἐξεταζοντες περι τουτων, ἐπι τῃ φαντασιᾳ του δοξαζειν την Χριςου ἐπιδημιαν πολλοι σοφωτερους τους ἀποςολους των πατερων και των προφητων λεγοντες, οἱ μεν και ἑτερον ἀναπεπλακασι Θεον μειζονα, οἱ δε μη τουτο τολμησαντες, ὁσον ἐπι τῷ αὐτων λογῳ, δια το ἀβασανιςον των δογματων χρεωκοπουσι την δεδομενην τοις πατρασι και τοις προφηταις ἀπο

participes promissionis in Christo: quia præterquam quod intelligunt mysteria, etiam actionem per rem perfectam intuentur. Quod autem ait: *Multi prophetæ, & justi cupierunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt; & audire, quæ auditis, & non audierunt*, similem potest habere interpretationem: perinde quasi cupierint & illi videre mysterium olim prædictum dispositum incarnationis, & descensus filii Dei ad œconomiam passionis suæ compluribus salutaris; tanquam si, exempli gratia, tale quiddam aliud sumeremus: Esto aliquis Apostolus, qui intelligat *verba ineffabilia, quæ non licet homini loqui*, sitque is non visurus secundum gloriosum Christi adventum divulgatum apud fideles, & tamen cupiat videre ipsum; rursus sit alter, qui non solum non perceperit, atque intellexerit eadem, quæ Apostolus, sed impendio minus ipso etiam spem divinam possederit, atque hic deprehendat secundum Servatoris nostri adventum (quem cupiat quidem Apostolus juxta exemplum, nec tamen videat) certe nec falso pronunciabimus hos duos vidisse, quæ cupierit Apostolus ille, vel Apostoli videre: nec omnino hanc ob causam necessario dicemus, eos prudentiores beatioresque Apostolis. Ad hunc igitur modum neque Apostolos sapientiores Patribus, vel Mose, vel Prophetis dicturi sumus: hisque præcipue, qui diutius ob virtutem supernis apparitionibus, vel repræsentationibus divinis, & revelationibus grandium mysteriorum digni fuere habiti.

3. Sed diutius commorati sumus in his inquirentes, quoniam multi propter opinationem glorificandi Christi adventum, dicentes sapientiores Apostolos, quam Prophetas, & Patres fuisse, alii quidem Deum majorem finxerunt, alii vero hoc non ausi, quantum ex ipsorum verbis percipimus, propter dogmata, quæ explicatu difficilia sunt, Prophetas ac Patres dono defraudant, quod illis a Deo donatum fuerat per

Christum,

θεῦ διὰ χριςῦ δωρεὰν, δἰ ἔ τα παντα ἐγενετο· εἰ δε τα παντα, δηλονοτι και τα ἐκεινοις ἀποκαλυφθεντα καλα και πεπραγμενα συμβολα μυςηριων θεοσεβειας ἁγιων. ἐπειδη παντη φραστεσθαι δει τες γενναιες χριςῦ ςρατιωτας ὑπερ ἀληθειας, ἐδαμε κατα το δυνατον παρειδυσιν ἐωντας ἐγγινεσθαι τη ἀπο τε ψευδες πιθανοτητι· Φερε και ταυτα σκοπησωμεν. ταχα γαρ Φησεσι την προτεραν Ιωαννε περι Χριςε μαρτυριαν εἰναι· ὁ ὀπισω με ἐρχομενος ἐμπροσθεν με γεγονεν, ὁτι πρωτος με ἠν· το δε, ὁτι ἐκ τε πληρωματος αὐτε ἡμεις παντες ἐλαβομεν και χαριν ἀντι χαριτος, και τα ἑξης, εἰρησθαι ἐκ προσωπε τε μαθητε. ἀναγκαιον δε και ἐτως διελεγξαι ὡς βεβιασμενην και ἀνακολεθον την ἐκδοχην· πανυ γαρ βιαιον το οἰεσθαι αἰφνιδιον οἱονει ἀκαιρως διακοπτεσθαι τον τε Βαπτιςε λογον ὑπο τε λογε τε μαθητε, και παντι τῳ και ἐπι ποσον ἀκεειν συμφρασεως λεγομενων ἐπιςαμενῳ σαφες το τε εἱρμε της λεξεως· ἐτος ἠν ὁν εἰπον, ὁ ὀπισω με ἐρχομενος ἐμπροσθεν με γεγονεν, ὁτι πρωτος με ἠν. διδασκει δε ὁ Βαπτιςης πως ἐμπροσθεν αὐτε γεγονεν Ιησες τῳ πρωτος αὐτε, ἐπει πρωτοτοκος πασης κτισεως, εἰναι, δια τε, ὁτι ἐκ τε πληρωματος αὐτε ἡμεις παντες ἐλαβομεν. δια τετο γαρ φησιν, ἐμπροσθεν με γεγονεν, ὁτι πρωτος με ἠν· δια τετο δε νοω αὐτον πρωτον με ὀντα και τιμιωτερον παρα τῳ πατρι, ἐπει ἐκ τε πληρωματος αὐτε ἐγω τε, και οἱ προ ἐμε προφηται εἰληφαμεν, χαριν την θειοτεραν, και προφητικην, ἀντι χαριτος της κατα την προαιρεσιν ἡμων ἀποδεχθεισαν παρ᾽ αὐτῳ· δια τετο δε και ἐμπροσθεν γεγονεν, ὁτι πρωτος με ἠν· ἐπει και νενοηκαμεν, ἐκ τε πληρωματος αὐτε εἰληφοτες, τον μεν νομον δια Μωσεως δεδοσθαι, ἐχ ὑπο Μωσεως· την δε χαριν, και την ἀληθειαν δια Ιησε Χριςε ἐ δεδοσθαι μονον, ἀλλα και γεγονεναι, τε θεε και πατρος αὐτε τον τε νομον δια Μω-

σεως

Christum, per quem omnia facta sunt; nam si omnia, perspicuum etiam est, quæ illis revelata fuerunt præclara & peracta, signa sanctorum mysteriorum cultus Dei per ipsum facta fuisse. Jam quoniam undequaque sepiri necesse est generosos Christi milites pro veritate, nusquam pro virili fieri permittentes ingressum falsæ persuasioni, age & hæc consideremus. Nam fortasse primum Joannis de Christo testimonium esse dicent: *Qui post me venit, ante me factus est, quia prior me erat:* & illud: *Ex plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia*, & quæ sequuntur, dictum fuisse ex persona Discipuli. Unde necesse est intelligentiam hanc refellere, ceu coactam, & non consequentem. Admodum enim violentem est existimare repente adeo, & importune Baptistæ orationem interruptam fuisse ab oratione Discipuli. Et sane cuilibet, qui tranquillum judicare sciat contextum orationis eorum, quæ dicuntur, lectionis series aperta est: *Hic erat, quem dixi: Qui post me venit, ante me factus est, quia prior erat.* Docet autem Baptista, quomodo ante se factus sit Jesus, dictus ipso Baptista prior, quia sit *primogenitus omnis creaturæ*, per illa verba: *Quoniam ex plenitudine ejus nos omnes accepimus.* Ob hanc enim causam inquit: *Ante me factus est, quoniam prior me erat*, & ob hanc causam intelligo eum priorem me existere, & apud Patrem honorabiliorem esse, quoniam ex ejus plenitudine, tum ego tum Prophetæ, qui me antecesserunt, sumpserimus; nempe gratiam diviniorem & majorem & propheticam, pro ea gratia, quæ secundum electionem nostram recepta est; ob hanc autem causam *ante me* etiam *factus est, quoniam prior me erat*, quia ex plenitudine ejus cum hausissemus, intelleximus etiam legem per Mosen, non a Mose, datam fuisse: gratiam vero & veritatem per Jesum Christum non solum datam, sed etiam factam fuisse. Nempe Deo & Patre ipsius, tum legem

σεως δεδωκοτος, την χαριν και την ἀληθειαν δια Ιησου Χριςȣ πεποιηκοτος, χαριν δε και ἀληθειαν πεποιηκοτος δια Ιησȣ Χριςȣ την ἐπ᾽ ἀνθρωπȣς φθασασαν. ἐυγνωμονεςερον γαρ ἀκȣσαντες της λεξεως της φασκȣσης· ἡ χαρις και ἡ ἀληθεια δια Ιησȣ Χριςȣ ἐγενετο, ȣ̓ ταραχθησομεθα ὡς ὑπο ἐναντιωματος ταυτῃ τῃ φωνῃ ὀντος, τȣ· ἐγω εἰμι ἡ ὁδος, και ἡ ἀληθεια, και ἡ ζωη. εἰ γαρ Ιησȣς ἐςιν ὁ φασκων· ἐγω εἰμι ἡ ἀληθεια, πως ἡ ἀληθεια δια Ιησȣ Χριςȣ γινεται; αὐτος γαρ τις δι᾽ ἑαυτȣ ȣ̓ γινεται. ἀλλα νοητεον ὁτι ἡ αὐτοαληθεια ἡ ȣ̓σιωδης, και ἱν᾽ ȣ̔τως εἰπω πρωτοτυπος της ἐν ταις λογικαις ψυχαις ἀληθειας, ἀφ᾽ ἧς ἀληθειας οἱονει εἰκονες ἐκεινης ἐντετυπωνται τοις φρονȣσι την ἀληθειαν, ȣ̓χι δια Ιησȣ Χριςȣ ἐγενετο, ȣ̓δ᾽ ὁλως δια τινος, ἀλλ᾽ ὑπο θεȣ ἐγενετο· ὡς και ὁ λογος, ȣ̓ δια τινος ὁ ἐν ἀρχῃ προς τον θεον, και ἡ σοφια ἡν ἐκτισεν ἀρχην ὁδων αὐτȣ ὁ θεος, ȣ̓ δια τινος, ȣ̔τως ȣ̓δε ἡ ἀληθεια δια τινος. ἡ δε παρ᾽ ἀνθρωποις ἀληθεια, δια Ιησου Χριςου ἐγενετο· οἱον ἡ ἐν Παυλῳ ἀληθεια και τοις ἀποςολοις, δια Ιησου Χριςου ἐγενετο. και ȣ̓ θαυμαςον μιας ȣ̓σης ἀληθειας, οἱονει πολλας ἀπ᾽ ἐκεινης λεγειν ἐρρυηκεναι. οἰδε γȣν ὁ προφητης Δαβιδ πολλας ἀληθειας λεγων· ἀληθειας ἐκζητει κυριος. ȣ̓ γαρ την μιαν ἐκζητει ἀληθειαν ὁ πατηρ αὐτης, ἀλλα τας πολλας, δι᾽ ἁς σωζονται οἱ ἐχοντες αὐτας. το δ᾽ ὁμοιον τῳ περι της ἀληθειας και των ἀληθειων λογῳ, ἐυρισκομεν εἰρημενον περι δικαιοσυνης και δικαιοσυνων. το γαρ αὐτοδικαιοσυνη ἡ ȣ̓σιωδης Χριςος ἐςιν, ὁς ἐγενηθη σοφια ἡμιν ἀπο θεȣ, δικαιοσυνη τε, και ἁγιασμος, και ἀπολυτρωσις. ἀπ᾽ ἐκεινης δε της δικαιοσυνης ἡ ἐν ἑκαςῳ δικαιοσυνη τυπȣται, ὡς γινεσθαι ἐν τοις σωζομενοις πολλας δικαιοσυνης· διο

και

gem per Mosen dante, tum veritatem & gratiam per Jesum Christum faciente: gratiam autem & veritatem per Jesum Christum faciente, quæ homines prævenit. Candidius enim & simplicius interpretantes ea verba: *Gratia & veritas per Jesum Christum facta est*, non discruciabimur, perinde quasi contraria his sit illud: *Ego sum via, veritas & vita:* nam si Jesus est, qui dicit: *Ego sum veritas*, qui fieri potest, ut veritas per Jesum fiat, cum aliquis per seipsum non fiat? Sed intelligendum est, quod αὐτοαλήθεια ea, quæ est per se veritas, ipsa illa, quæ est substantialis, &, ut ita dicam, primum exemplar illius veritatis, quæ in animabus inest rationis capacibus, a qua veritate, veluti imagines illius impressæ fuere spectantibus veritatem, non per Jesum Christum facta est, neque omnino per aliquem, sed a Deo. Quemadmodum enim neque Sermo ille, qui in principio erat apud Deum, non est per aliquem: neque sapientia illa, quam creavit initio viarum suarum Deus, non est per aliquem: sic neque veritas illa est per aliquem. Verum quæ apud homines est veritas, per Jesum Christum facta est; verbi gratia, veritas, quæ in Paulo inest, cæterisque Apostolis, per Jesum Christum facta est. Nec mirum est, si veritas cum sit una, multas quasi veritates ab illa dicamus diffluere. Vidit enim David ille propheta multas veritates, dicens: *Veritates exquiret Dominus*. Non enim unam exquirit veritatem veritatis ipsius Pater, sed multas, per quas servantur, qui eas habent. Simile vero quiddam huic rationi de veritate, & veritatibus dictum invenimus de justitia & justitiis. Ipsa enim justitia, quæ ex se est, & substantialis, Christus est, *qui factus est nobis sapientia a Deo, justitiaque, & sanctificatio, & redemptio* (perfecta). Ab illa autem justitia ea justitia formatur, quæ in unoquoque inest, ita ut in his, qui servantur, multæ fiant justitiæ: hanc ob

causam

και γεγραπται, ὁτι δικαιος κυριος, και δικαιοσυνας ἠγαπησεν· ὑτω γαρ ἐν τοις ἀκριβεσιν ἀντιγραφοις ἑυρομεν, και ταις λοιπαις παρα τυς ἑβδομηκοντα ἐκδοσεσι, και τῳ Εβραϊκῳ. ἐπιςησον δε ει δυναται ὁμοιως και τα ἀλλα, ὁσα Χριςος ειναι λεγεται ἑνικως, πληθυομενα ἀναλογον ὀνομαζεσθαι πληθυντικως, οἱον Χριςος ἐςιν ἡ ζωη ἡμων, ὡς αὐτος ὁ σωτηρ φησιν, ἐγω ειμι ἡ ὁδος, και ἡ ἀληθεια, και ἡ ζωη· και ὁ ἀποςολος, ὁταν Χριςος Φανερωθη ἡ ζωη ἡμων, τοτε και ὑμεις συν αὐτῳ φανερωθησεσθε ἐν δοξῃ· ἐν ψαλμοις δε παλιν ἀναγεγραπται, κρειττον το ἐλεως συ ὑπερ ζωας· δια γαρ τον ἐν ἑκαςῳ Χριςον ὀντα ζωην, πληθυονται αἱ ζωαι. ταχα δε ὑτω ζητητεον και το· ει δοκιμην ζητειτε τυ ἐν ἐμοι λαλυντος Χριςυ; οἱονει γαρ καθ᾽ ἑκαςον ἁγιον Χριςος ἑυρισκεται, και γινονται δια τον ἑνα Χριςον πολλοι Χριςοι, οἱ ἐκεινυ μιμηται, και κατ᾽ αὐτον εικονα ὀντα Θευ μεμορφωμενοι, ὁθεν ὁ Θεος δια τυ προφητυ φησι· μη ἁψησθε των Χριςων μυ. ὁ τοινυν ἐδοξαμεν παρεληλυθεναι διηγυμενοι το· ἡ χαρις και ἡ ἀληθεια δια Ιησυ Χριςυ ἐγενετο, τυτο νυν κατα το ἐμπεσον ἀνεπτυξαμεν· ἁμα δε παρεςησαμεν ὁτι τυ Βαπτιςυ Ιωαννυ ἐςιν ἡ φωνη, ἐτι δε και δια τυτων μαρτυρυντος τῳ υἱῳ τυ Θεου.

Ηδη ὑν ιδωμεν την δευτεραν Ιωαννυ μαρτυριαν. ἀπο Ιεροσολυμων Ιυδαιοι, ὡς συγγενεις ὀντες τυ Βαπτιςυ, ἀπο γενυς ἱερατικυ τυγχανοντος, ἱερεις πεμπυσι, και λευιτας πευσομενυς ὁςις ποτε ειη ὁ Ιωαννης. ὁ δε λεγων το, ἐγω ὐκ ειμι ὁ Χριςος, δἰ αὐτυ τυτυ ὁμολογιαν ἀληθειας πεποιηται, και ὐχ, ὡς ἀν τις ὑπολαβοι, δια το, ὐκ ειμι ὁ Χριςος, ἠρνησατο· ὐ γαρ ἐςιν ἀρνησις το εις δοξαν Χριςυ λεγειν μη αὐτον ειναι Χριςον. ἀπαξ δε οἱ πεμφθεντες ἀπο Ιεροσολυμων ἱερεις και λευιται ἀκυσαντες το μη ειναι αὐτον τον προσδοκωμενον Χριςον, πυνθανονται περι του δευτερου ἐλπιζομενου παρ᾽

causam etiam scriptum est: *Justus Dominus, & justitias dilexit:* sic enim in veris exemplaribus, & cæteris traditionibus juxta Septuaginta, & ipso Hebraico invenimus. Inspice vero num isto modo alia quoque, quæ Christus esse dicitur singulariter, pro porportione multiplicata, plurium numero efferri possint: verbi gratia, Christus est vita nostra, quemadmodum Servator ipse inquit: *Ego sum via, veritas & vita:* & Apostolus: *Quandocumque Christus manifestatus fuerit vita nostra, tunc & vos cum illo manifestabimini in gloria.* Rursus in Psalmis scriptum: *Melior misericordia tua super vitas.* Nam quia Christus in unoquoque inest vita, ideo multiplicantur vitæ; fortassis isto modo & illud inquirendum: *Num experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus?* Ferme enim in unoquoque sancto Christus invenitur, & fiunt per unum Christum multi Christi, illius imitatores, & transformati ad illius similitudinem, qui est imago Dei: unde per Prophetam inquit Deus: *Ne tetigeritis Christos meos.* Quod igitur in enarrando visi sumus præteriisse; nempe: *Gratia & veritas per Jesum Christum facta est,* obiter nunc explicuimus: insuper ostendentes Joannis Baptistæ hanc esse vocem; adhuc etiam per hæc verba testimonium reddentis filio Dei.

4. Jam ergo videamus secundum Joannis testimonium. E Hierosolymis Judæi, ceu affines Baptistæ, qui ex genere sacerdotali erat, Sacerdotes mittunt, & Levitas interrogaturos, quis tandem esset Joannes. At ille dicens: *Non sum ego Christus*, veritatis confessionem edidit, nec, ut aliquis suspicari posset, per hæc verba: *Non sum ego Christus*, negavit: neque enim negatio est, ad Christi gloriam dicere se non esse Christum. Cæterum cum audissent qui missi fuerant e Hierosolymorum urbe Sacerdotes, & Levitæ, ipsum non esse Christum exspectatum, de secundo, qui sperabatur (nempe Elia) cujus nomen

αὐτοις τιμιου ὀνοματος Ηλιȣ, εἰ αὐτος εἰη ἐκεινος. λεγει δε μη τυγχανειν Ηλιας, παλιν ὁμολογων δια τȣ, ȣ̓κ εἰμι, το ἀληθες. ἐπει δε πολλων προφητων γινομενων ἐν Ισραηλ, εἱς τις ὁ ὑπο Μωσεως προφητευθεις ἐξαιρετως προσεδοκατο κατα το φασκον ῥητον· προφητην ὑμιν ἀναςησει κυριος ὁ θεος ἡμων ἐκ των ἀδελφων ὑμων ὡς ἐμε, αὐτȣ ἀκȣσεσθε, και ἐςαι πασα ἡ ψυχη, ἡτις ἀν μη ἀκȣσῃ τȣ προφητȣ ἐκεινȣ ἐξολοθρευθησεται ἐκ του λαȣ αὐτȣ, τριτον ἐρωτωσιν ȣ̓χι εἰ προφητης εἰη, ἀλλ' εἰ ὁ προφητης. και τȣτο το ὀνομα ἐκεινων ȣ̓κ ἐπι Χριςȣ ταττοντων, ἀλλ' οἰομενων ἑτερον παρα τον χριςον αυτον εἶναι, αὐτος γινωσκων τον ȣ̔ προδρομος ἐςιν, ὁτι και ὁ χριςος και ὁ προφητης ἐςιν ὁ προφητευθεις, φησιν, ȣ̓, ταχα το, ναι, ἀποκριναμενος, εἰ χωρις τȣ ἀρθρȣ ἠρωτηκεισαν· ȣ̓ γαρ ἠγνοει προφητης ὠν. και ἐν ταυταις ὁλαις ταις ἀποκρισεσιν ἡ δευτερα ȣ̓δεπω τελελεςαι μαρτυρια Ιωαννȣ, ἑως τοις αιτȣσιν ἀποκριςιν ἀπαγγελθησομενην τοις πεμψασιν, ἑαυτον ἀπο προφητικης κατηγγειλε φωνης της τȣ Ησαϊȣ ȣ̔τως ἐχȣσης· φωνη βοωντος ἐν τῃ ἐρημῳ, εὐθυνατε την ὁδον κυριȣ.

Αξιον δε ζητησαι ποτερον τετελεςαι ἡ δευτερα μαρτυρια, και τριτη γινεται προς ἀπεςαλμενους ἐκ των Φαρισαιων, και βȣλομενȣς τι μαθειν, τι δηποτε βαπτιζει, μητε Χριςος, μητε Ηλιας, μητε ὁ προφητης τυγχανων, ἐν τῳ· ἐγω βαπτιζω ἐν ὑδατι, μεσος δε ὑμων ἑςηκεν, ὁν ὑμεις ȣ̓κ οἰδατε, ὁ ὀπισω μȣ ἐρχομενος, ȣ̔ ȣ̓κ εἰμι ἐγω ἀξιος ἱνα λυσω αὐτȣ τον ἱμαντα τȣ ὑποδηματος, ἡ μερος της δευτερας ἐςι και το ἀπαγγελλομενον προς τȣς Φαρισαιȣς. ἐγω δ' ὁσον ἐκ της λεξεως ςοχασασθαι, εἰποιμ' ἀν τριτην εἶναι μαρτυριαν τον προς τȣς ἀποςαλεντας ἀπο των Φαρισαιων λογον. παρατηρητεον μεντοιγε ὁτι ἡ πρωτη μαρτυρια το ἐνθεον του

σωτηρος

magni apud ipsos fiebat, percunctantur num ipse ille esset. Quo dicente se non esse Eliam, rursus dicendo, *Non sum*, fatetur verum. Quoniam vero Prophetæ multi cum essent in Israel, unus quispiam præcipue exspectabatur prophetatus a Mose, juxta verbum illud dicens: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus noster ex fratribus vestris, sicut me: ipsum audito; & omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, ex populo suo exterminabitur;* tertio interrogant, non si Propheta esset, sed an Propheta ille. Et hoc non ponentibus illis nomen de Christo, sed alterum esse ipsum præter Christum existimantibus; ipse cognoscens illum, cujus præcursor est (nempe quod Christus est, quod Propheta est ille prophetatus), respondet, *Non:* responsurus fortasse, *Na* (quæ vox est assentientis), si absque articulo interrogassent; cum non ignoraret se Prophetam existere. In omnibus his etiam responsionibus secundum Joannis testimonium non absolutum fuit, donec petentibus responsionem renunciandam his, qui eos miserant, seq ipsum e voce prophetica Esaiæ manifestavit, quæ sic sese habet: *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini.*

5. Quæsitu autem dignum est, utrum absolutum sit secundum testimonium, & tertium incipiat ad eos, qui miserant ex Pharisæis, & volentes intelligere, cur tandem baptizaret, cum neque Christus, neque Elias, neque Propheta existeret, in illis verbis: *Ego baptizo in aqua: sed in medio vestrum stat, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me veniens, ante me factus est; cujus non sum ego dignus, ut solvam corrigiam ejus calceamenti;* an pars secundi testimonii sit responsio ad Pharisæos. Verum ego, quantum conjectare ex lectione valeo, dicturus sum tertium testimonium esse responsionem ad eos, qui missi fuerant ex Pharisæis. Observandum insuper, quod primum testimonium divinitatem Ser-

ἀναγραφει, ἐ ποιησας δυο ταγματα βαπτιζομενων, ὁπερ παρα τῳ Ματθαιῳ ἑυρομεν. εἰκοτως δε και ἐτος, ἐπει οἱ ὀχλοι ἐκ ἐν ἐπαινῳ τασσονται, ὡς τοις τηρεσι σαφες ἐςαι, τοις ὀχλοις εἰσαγει λεγοντα τον Βαπτιςην το· γεννηματα ἐχιδνων, και τα ἑξης· ἐτι δε προς μεν τες Φαρισαιες και Σαδδεκαιες, ποιησατε, εἰρηται ἑνικως, καρπον ἀξιον της μετανοιας· προς δε τες ὀχλες πληθυντικως, ἀξιες καρπες της μετανοιας. ταχα γαρ οἱ μεν Φαρισαιοι τον ἐξαιρετον ἀπαιτενται καρπον μετανοιας, ἐκ ἀλλον ὀντα τε υἱε, και της εἰς αὐτον πιςεως· οἱ δε ὀχλοι ἐδε ἀρχην ἐχοντες ἀγαθων, παντας ἀπαιτενται τους καρπους της μετανοιας· διοπερ προς αὐτες το πληθυντικον εἰρησθαι. λεγεται προς τουτοις τοις Φαρισαιοις· μη δοξητε λεγειν ἐν ἑαυτοις· πατερα ἐχομεν τον Αβρααμ. οἱ μεν γαρ ὀχλοι νυν ἀρχην ἐχεσι, δοκεντες εἰσαγεσθαι εἰς τον θειον λογον τε προσιεναι τῃ ἀληθειᾳ, διοπερ ἀρχονται λεγειν ἐν ἑαυτοις, πατερα ἐχομεν τον Αβρααμ· οἱ δε Φαρισαιοι ἐκ ἀχονται, ἀλλα προ πολλε τετο δοξαζεσι πλην ἑκατεροι τες προειρημενες λιθες δεικνυμενες ἀκεσιν ὡς ἐκ τεπων δυνασθαι ἐγερθυναι τεκνα τῳ Αβρααμ, ἀπο της ἀναισθησιας και νεκροτητος ἀναςησομενους. παρατηρει δε ὁτι τοις μεν Φαρισαιοις, κατα το εἰρημενον ἐν τῳ προφητῃ· ἐφαγετε καρπον ψευδη, ἐχεσι μεν καρπον ψευδη λεγεται, παν ἐν δενδρον μη ποιεν καρπον καλον ἐκκοπτεται, και εἰς πυρ βαλλεται· τοις ὡλως δε ὀχλοις ἐδε καρποφορεσι το, παν ἐν δενδρον μη ποιεν καρπον ἐκκοπτεται. το μεν γαρ μη ἐχον καρπον, ἐδε καλον ἐχει καρπον. διοπερ ἐκκοπης ἐςιν ἀξιον. το δε ἐχον καρπον, ἐ παντως καλον ἐχει καρπον· διοπερ και αὐτος ἐυλογως ὑπο της αξινης καταβαλλεται. ἐαν δε ἀκριβεςερον ἐρευνησωμεν τα περι τες καρπες, ἑυρησομεν ὁτι ἀμηχανον το ἀρτι τε γεωργεισθαι ἀρχομενον, κἀν καρποφορῃ, τες πρωτες ἐνεγκειν καρπες καλες. ἀγαπα δε ὁ γεωργος

πρωτον

tizarentur ab ipso, hæc dicta fuisse; non facientem duos ordines eorum, qui baptizabantur, quod apud Matthæum invenimus. Sed jure Matthæus Baptistam inducit dicentem turbis: *Progenies viperarum*, & quæ sequuntur, quando turbæ in bonam partem non sumuntur, ut observantibus perspicuum erit. Pharisæis præterea, & Sadducæis numero singulari dictum est: *Facite fructum dignum pœnitentiæ*; turbis vero numero plurium, *fructus dignos pœnitentiæ*. Fortassis enim fructus pœnitentiæ eximius a Pharisæis exigitur, qui non alius est, quam Jesus, & fides erga ipsum; a turbis autem neque principium bonorum habentibus omnes exiguntur pœnitentiæ fructus. Quam ob rem plurium numero: *Fructus facite*, dixit ipsis Baptista. Illud etiam præter hæc Pharisæis dicitur: *Ne cogitetis apud vosmetipsos dicere: Patrem habemus Abraham.* [Multi enim nunc principium habent, putantes se ad divinum verbum introduci, ut accedant ad veritatem. Itaque dicere secum in animo incipiunt, *Patrem habemus Abraham.*] Pharisæai vero non incipiunt, sed multo ante hoc cogitant. Utrique tamen prædictos lapides ostensos audiunt, quasi ex his suscitari possent liberi Abrahæ ipsi, suscitaturos ab insensibilitate & mortificatione. Observa autem Pharisæis (juxta id quod dictum fuit apud Prophetam: *Comedistis fructum mendacem*) habentibus fructum mendacem dici: *Omnis igitur arbor non faciens fructum bonum exscinditur* [*& in ignem mittitur*, turbis autem, quæ nullo modo fructum ferunt: *Omnis ergo arbor non faciens fructum, excidetur.*] Id enim, quod fructum non habet, ne bonum quidem fructum habet; quam ob rem dignum est, ut exscindatur: quod autem fructum habet, id non omnino fructum bonum habet; quare jure & ipsum a securi dejicitur. Cæterum si accuratius exquisierimus, fieri non posse videbimus, ut id, quod nuper excoli sit cœptum, etiam si fructificet, primos

πρωτον το ἐνεγκειν αὐτῳ τȣς ἐπιβαλλοντας καρπȣς το ἀρχομενον γεωργιας· ὑςερον ὁδῳ δια των πρεποντων γεωργικῃ καθαρσιων μετα τȣς ὁποιȣς δη ποτε καρπȣς ληψομενος και καρπȣς καλȣς. και ὁ νομος δε ταυτῃ τῃ ἐκδοχῃ ἡμων μαρτυρει λεγων δειν τον φυτευσαντα τρια ἐτη ποιειν ἀπερικαθαρτον ἐωντα το πεφτευμενον, οὐκ ἐσθιομενων αὐτȣ των καρπον· τρια γαρ, φησιν, ἐτη ὑμιν ὁ καρπος ἀπερικαθαρτος, ȣ̓ βρωθησεται· τῳ δε τεταρτῳ ἐτει ἐςαι πας ὁ καρπος ἁγιος, αἰνετος τῳ κυριῳ. εὐλογως τοινυν προς τȣς ὀχλȣς χωρις της τȣ καλȣ προσθηκης λεγεται· παν ȣ̓ν δενδρον μη ποιȣν καρπον, ἐκκοπτεται, και εἰς πυρ βαλλεται· και το ἐπι πλειον δε φερον καρπον ὁμοιον τῃ ἀρχῃ, δενδρον τυγχανον μη ποιȣν καρπον καλον, ἐκκοπτεται, και εἰς πυρ βαλλεται· ἐπαν ἐνςασης της μετα την τριαδα εἰσαγωγης ἐν τῃ τετραδι γενομενος μη ποιῃ καρπον ἁγιον, αἰνετον τῳ κυριῳ. ταυτα δε παντα εἰ και μετα παρεκβασεως ἡμιν εἰρησθαι δοκει παρατιθεμενοις και τα ἀπο των λοιπων εὐαγγελιων, ȣ̓κ ἀκαιρα δε ἐμοι φαινεται, ȣ̓δε ἀλλοτρια της ἐνεςηκυιας σκεψεως. Φαρισαιοι γαρ ἀποςελλουσι προς τον Ιωαννην, μετα τȣς ἀπο Ιεροσολυμων ἱερεις και λευιτας, πεμφθεντας ἐρωτησαι αὐτον ὁςις εἰη, ἐξεταζοντες· τι ȣ̓ν βαπτιζεις, εἰ συ ȣ̓κ εἶ ὁ Χριςος, ȣ̓δε Ηλιας, ȣ̓δε ὁ προφητης; και ἐξετασαντες ἐνταυθα ἑξης παραγινομενοι βαπτισομενοι, ὡς ὁ Ματθαιος ἀναγραφει, ἀκȣουσι δε τα ἁρμοζοντα αὐτων τῃ ἀλαζονιᾳ και ὑποκρισει. ἐπει δε ὁμοια ἦν τα τȣτοις εἰρημενα τοις λεγομενοις προς τȣς ὀχλȣς, ἐχρην την των ῥητων συγκρισιν και σαφηνειαν ποιησασθαι· ὧν γινομενων πλειονα ἀπῃτησεν ἡμας ἡ ἀκολȣθια θεωρησαι. ἐτι δε και ταυτα τοις εἰρημενοις δεοντως προσθησομεν δυο ταγματα πεμποντων παρα τῳ Ιωαννῃ ἀναγεγραπται, ἓν μεν Ιουδαιων των ἀπο Ιεροσολυμων ἀποςελλοντων ἱερεις και λευιτας· ἑτερον δε Φαρισαιων ἐπαπορȣντων δια τι βαπτιζει.

afferat fructus bonos. Contentusque est agricola primam arboris culturam convenientes fructus proferre, tum vero procedente tempore, post hos qualescunque fructus, sumturus etiam fructus bonos, adhibitis purgationibus agriculturæ convenientibus. Quin Lex etiam huic nostræ intelligentiæ attestatur dicens, oportere eum, qui plantaverit, impurgatum triennio sinere quod plantaverit, non comesis rei plantatæ fructibus: *Tres* enim, inquit, *annos vobis fructus impurgatus non comedetur: quarto autem anno erit omnis fructus sanctus, laudabilis Domino.* Jure ergo ad turbas absque additione boni dicitur: *Omnis igitur arbor, quæ non facit fructum, exscinditur, & in ignem conjicitur*; & quæ diutius fructum fert principio similem, cum sit arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur, quandoquidem post triennii culturam, in anno quarto non facit fructum sanctum, laudabilem Domino. Hæc autem omnia, quamvis per digressionem videantur a nobis dicta, comparantibus etiam, quæ cætera Evangelia dicant, non importune tamen adscita, neque aliena a præsenti consideratione judicio sunt meo. Pharisæi enim mittunt ad Joannem post Sacerdotes & Levitas ab Hierosolymis missos, ad interrogandum ipsum, quisnam esset, interrogantes: *Quid ergo baptizas, si tu non es ille Christus, neque Elias, neque ille Propheta?* cumque interrogassent hoc in loco, deinceps profecti, ut baptizarentur, ut scribit Matthæus, audiunt convenientia fastui & simulationi suæ. Porro quoniam his eadem fere, quæ turbis dicta fuerant, postulabant hæc collationem atque explanationem, quæ dum fiunt, plura compulit nos consequentia rerum considerare. His insuper, quæ diximus, necessario illud addemus, Joannem scribere duos ordines esse mittentium: alterum quidem Judæorum mittentium ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas; alterum vero

τιζει. και ἀποδεδωκαμεν ὁτι μετα την πευσιν οἱ Φαρισαιοι παραγινονται βαπτισομενοι. μηποτ' ὖν προ τουτων οἱ προ τὖτων ἀποςειλαντες ἀπο Ιεροσολυμων Ιουδαιοι παραδεξαμενοι τους Ιωαννὖ λογὖς, ἀτε προτεροι των Φαριςαιων πεμψαντες, και προτεροι ἐρχονται. Ιεροσολυμα γαρ, πασα Ιὖδαια, και ἀκολὖθως πασα ἡ περιχωρος τὖ Ιορδανὖ ἐβαπτιζοντο ἐν τῳ Ιορδανῃ ποταμῳ ὑπ' αὐτὖ, ἐξομολογὖμενοι τας ἁμαρτιας αὐτων. ἡ, ὡς ὁ Λὖκας φησιν· ἐξεπορευετο προς αὐτον πασα ἡ Ιὖδαια χωρα, και οἱ Ιεροσολυμιται παντες, και ἐβαπτιζοντο ὑπ' αὐτὖ ἐν τῳ Ιορδανῃ ποταμῳ, ἐξομολογὖμενοι τας ἁμαρτιας αὐτων. ὖτε μεντοι Ματθαιος τους Φαρισαιὖς και Σαδδὖκαιὖς, προς ὖς λεγεται, γεννηματα ἐχιδνων, ὖτε Λὖκας τους ὀχλους την αὐτην ἐπιπληξιν ἀκὖοντας εἰσαγὖσι, ἐξομολογὖμενὖς τας ἁμαρτιας αὐτων. ἀξιον δε ἐπαπορησαι πως ὡσης της Ιεροσολυμιτων πολεως, και πασης της Ιὖδαιας, και πασης της περιχωρὖ τὖ Ιορδανὖ βαπτιζομενων ἐν τῳ Ιορδανῃ ὑπο Ιωαννὖ, ὁ σωτηρ φησιν· ἐληλυθεν ὁ Ιωαννης ὁ Βαπτιςης, μητε ἐσθιων, μητε πινων, και λεγετε· δαιμονιον ἐχει· και προς τὖς πυθομενὖς· ἐν ποιᾳ ἐξὖσιᾳ ταυτα ποιεις; λεγει· κἀγω ἐρωτησω ὑμας ἑνα λογον, ὁν ἐαν εἰπητε μοι, κἀγω ὑμιν ἐρω ἐν ποιᾳ ἐξὖσιᾳ ταυτα ποιω· το βαπτισμα το Ιωαννὖ, ποθεν ἠν; ἐξ ὖρανὖ, ἡ ἐξ ἀνθρωπων; ὁτε και διαλογιζομενοι φασιν· ἐαν εἰπωμεν, ἐξ ὖρανὖ, ἐπει· δια τι ὖκ ἐπιςευσατε αὐτῳ; λυεται δε το ἀπορηθεν ὖτως· Φαρισαιοι, ὡς προτετηρηκαμεν, οἱ ἀκὖσαντες, γεννηματα ἐχιδνων, ὖ πεπιςευκοτες αὐτῳ, παραγινονται ἐπι το βαπτισμα· εἰκος ὁτι τον ὀχλον φοβὖμενοι, και κατα την προς ἐκεινὖς ὑποκρισιν ἀζιὖντες λὖσασθαι, ἱνα μη δοκειεν ἐναντιὖσθαι τοις τοσὖτοις. φρονὖντες γὖν αὐτον ἀπ' ανθρωπων ἐχειν, και ὖκ ἀπ' ὖρανὖ το βαπτιζειν, δια τον ὀχλον, μηποτε λιθασθωσιν, φοβὖνται ὁπερ ὑπολαμβανὖσιν εἰπειν. ὡςε ὖκ ἐναντιὖται ὑπο τὖ σωτηρος εἰρημενα προς τὖς Φαρισαιὖς, τοις ἀναγεγραμμενοις ἐν τοις ἐυαγγελιοις περι τὖ

πληθὖς

Pharisæorum addubitantium quare baptizet. Tradidimus etiam Pharisæos post interrogationem profectos fuisse, ut baptizarentur. Proinde vide, ne forte Judæi, qui ante Pharisæos miserant ab Hierosolymis, admissa Joannis oratione, quia priores Pharisæis miserint, priores etiam veniant. Hierosolyma enim, & tota Judæa, & consequenter omnis regio Jordani finitima baptizabantur ab ipso in Jordane fluvio, confitentes peccata sua; vel, ut Lucas inquit: *Egrediebatur ad ipsum tota Judææ regio, & Hierosolymitæ omnes, & baptizabantur ab ipso in Jordane fluvio, confitentes peccata sua.* Cæterum neque Matthæus Pharisæos & Sadducæos, quibus dicitur: *Progenies viperarum*, neque Lucas turbas eandem increpationem audisse inducunt confitentes peccata sua. Illud vero dubitatione dignum est, quomodo cum tota Hierosolymitarum urbs, & tota Judæa, & tota regio Jordani finitima baptizarentur in Jordane a Joanne, Servator dicat; *Venit Joannes Baptista neque manducans, neque bibens, & dicitis; Dæmonium habet:* & interrogantibus; *In qua potestate hæc facis?* dicit; *Interrogabo & ego vos unum verbum; quod si dixeritis mihi, dicam etiam ego vobis, in qua potestate hæc facio: Baptismus Joannis unde erat? e cœlo, an ex hominibus?* quando & disceptantes inquiunt: *Si dixerimus, e cœlo, dicet: Quare non credidistis illi?* Sed solvitur hunc in modum dubitatio; Pharisæi, ut antea observavimus, qui audierant, *Progenies viperarum*, nec illi crediderant, accedunt ad baptismum, timentes, uti probabile est, turbam, atque propter illos simulate volentes lavari, ne tot hominibus adversari viderentur. Sentientes igitur ipsum ab hominibus, non e cœlo habere baptismum, timent quod suspicantur dicere, ne forte lapidentur a turba. Quare quæ Servator Pharisæis locutus est, contraria non sunt his, quæ scripta fuerunt in Evangeliis de multitudine eorum, qui apud

πληθυς των παρα τῳ Ιωαννῃ βαπτισαμενων· τυ θρασυς δε των Φαρισαιων ἡν δαιμονιον ἐχειν λεγειν τον Ιωαννην, και ἐν Βεελζεβυλ τῳ ἀρχοντι των δαιμονιων τας δυναμεις φασκειν τον Ιησυν πεποιηκεναι.

Απεκρινατο αὐτοις ὁ Ιωαννης λεγων· ἐγω βαπτιζω ἐν ὑδατι· μεσος δε ὑμων ἑστηκεν ὁν ὑμεις ὐκ οἰδατε· αὐτος ἐστιν ὁ ὀπισω μυ ἐρχομενος, ὁ ὐκ εἰμι ἐγω ἀξιος ἱνα λυσω αὐτυ τον ἱμαντα τυ ὑποδηματος. Ο μεν Ηρακλεων οἰεται ὁτι ἀποκρινεται ὁ Ιωαννης τοις ἐκ των Φαρισαιων πεμφθεισιν, ὐ προς ὁ ἐκεινοι ἐπηρωτων, ἀλλ' ὁ αὐτος ἐβυλετο, ἑαυτον λανθανων ὁτι κατηγορει τυ προφητυ ἀμαθιας, εἰγε ἀλλο ἐρωτωμενος περι ἀλλυ ἀποκρινεται· χρη γαρ και τυτο φυλαττεσθαι ὡς ἐν κοινολογιᾳ ἁμαρτημα τυγχανον. ἡμεις δε φαμεν ὁτι μαλιστα προς ἐπος ἐστιν ἡ ἀποκρισις. προς γαρ το· τι ὐν βαπτιζεις, εἰ συ ὐκ εἰ ὁ Χριστος; τι ἀλλο ἐρχην εἰπειν, ἡ τε το ἰδιον παραστηναι βαπτισμα σωματικωτερον τυγχανον; ἐγω γαρ, φησιν, βαπτιζω ἐν ὑδατι. και τυτο εἰπων προς το· τι ὐν βαπτιζεις; προς το δευτερον, εἰ συ ὐκ εἰ ὁ Χριστος, δοξολογιαν περι της προηγυμενης ὐσιας Χριστυ διηγειται, ὁτι δυναμιν τοσαυτην ἐχει, ὡς και ἀορατος εἰναι τῃ θειοτητι αὐτυ, παρων παντι ἀνθρωπῳ, παντι δε και ὁλῳ τῳ κοσμῳ συμπαρεκτεινομενος, ὁπερ δηλυται δια του· μεσος ὑμων ἑστηκε. και ἐπει ὐδεν οἱ προσδοκωντες Χριστου ἐπιδημιαν Φαρισαιοι τηλικυτον περι αὐτυ ἑωρων, ἀνθρωπον τελειον ἁγιον μονον ὑπολαμβανοντες αὐτον εἰναι, ἐμμελως ἐλεγχει την περι της ὑπεροχης αὐτυ Φαρισαιων ἀγνοιαν, προστιθεις τῳ· μεσος ὑμων ἑστηκε, το, ὁν ὑμεις ὐκ οἰδατε. και ἱνα μη τις ὑπολαβῃ ἑτερον εἰναι τον ἀορατον και διηκοντα ἐπι παντα ἀνθρωπον, ἡ και ἐπι ὁλον τον κοσμον, παρα τον ἐνανθρωπησαντα, και ἐπι της γης ὀφθεντα, και τοις ἀνθρωποις συναναστραφεντα συναπτει τῳ· μεσος ὑμων ἑστηκεν, ὁν ὑμεις ὐκ οἰδατε, το· ὁ ὀπισω

μυ

ıannem baptizati fuerunt: cum alioqui temeritatis
ıarisæorum fuerit dicere Joannem habere dæmo-
um, & Jesum in Beelzebul dæmoniorum principe
rtutes edidisse.

15. *Respondit illis Joannes, dicens: Ego quidem bap-
zo vos in aqua: in medio autem vestri stat, quem vos ne-
itis. Ipse est, qui post me venturus est, cujus non sum
gnus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti.* Equidem
eracleon existimat Joannem respondere his, qui a
harisæis missi fuerant, quod ipse volebat, non ad
quod illi interrogaverant, non advertens se incu-
re Prophetam inscitiæ, si aliud interrogatus, de re
ia respondet: cavendum enim nobis est hoc, dum
olloquimur, tanquam vitium. Contra, nos dici-
us maxime appositam esse responsionem. Namque
l illud: *Quid ergo baptizas, si tu non es ille Christus?*
uid aliud dici oportuit, quam ostendere baptisma
ıum esse corporale? *Ego* enim, inquit, *baptizo in
qua:* cumque hoc respondisset ad illud: *Quid ergo
ıptizas?* ad alterum: *Si tu non es ille Christus*, lau-
es enarrat de præcipua, ac præcedenti substantia
hristi: nempe quod Christus tantum virium habet,
t invisibilis etiam sit divinitate sua, omni homini
ræsens, & per universum orbem extensus: quod
eclaratur per illud: *In medio vestri stat ille (quem vos
escitis).* Et quoniam nihil tale exspectantes Christi
dventum Pharisæi de ipso videbant, tantum suspi-
antes eum esse hominem sanctum, concinne redar-
uit Pharisæorum ignorantiam, qui ipsius excellen-
iam ignorabant, adjiciens, *Quem vos nescitis*, illis
erbis: *In medio vestri stat.* Et ne quis suspicetur eum,
ui sit invisibilis, quique penetret ad omnem homi-
ıem, & ad totum mundum, diversum esse ab eo, qui
ıumanam sumsit carnem, & *super terram est visus, &
um hominibus est conversatus*, conjungit illis verbis:
In medio vestri stat, quem vos nescitis; illud: Qui post

μυ ἐρχομενος, τυτεςι μετ᾽ ἐμε φανερωθησομενος· ὑ και την ὑπερβαλλυσαν ὑπεροχην συνιεις παρα την ἑαυτυ φυσιν, ἀμφιβαλλομενην ὑπο τινων, μηποτ᾽ ἀρ αὐτος εἰη Χριςος, ὁσον ἀπολειπεται της τυ Χριςυ μεγαλειοτητος παραςησαι βυλομενος, ἱνα μη τις εἰς αὐτον λογισηται ὑπερ ὁ βλεπει, ἢ ἀκυει ἐξ αὐτυ, λεγει και το· ὑ ὐκ εἰμι ἐγω ἀξιος, ἱνα λυσω αὐτυ τον ἱμαντα του ὑποδηματος, αἰνιττομενος το ὐχ ἱκανος εἰναι τον περι της ἐνσωματωσεως αὐτυ λογον, οἱονει δεδεμενον, και κεκρυμμενον τοις μη νουσι λυσαι και σαφηνισαι, ὡςε ἀξιον τι της τοσαυτης ἐπιδημιας εἰς ὐτω βραχυτητα συνεςαλμενης εἰπειν.

Οὐκ ἀκαιρον δε ἐξεταζυσιν ἡμιν το· ἐγω βαπτιζω ἐν ὑδατι, τας ὁμοιας των εὐαγγελιςων παραθεσθαι περι τυτυ λεξεις, και συγκριναι τῃ προκειμενῃ. φησι τοινυν ὁ Ματθαιος, ἰδων πολλους των Φαρισαιων και Σαδδυκαιων, ἐρχομενυς ἐπι το βαπτισμα, μετα τα ἐπιπληκτικα περι ὡν ἐξητασαμεν, ἐγω μεν ὑμας ἐν ὑδατι βαπτιζω εἰς μετανοιαν· ὁ δε ὀπισω μυ ἐρχομενος ἰσχυροτερος μυ ἐςιν, ὑ ὐκ εἰμι ἱκανος τα ὑποδηματα βαςασαι, αὐτος ὑμας βαπτισει ἐν πνευματι ἁγιῳ, και πυρι συμφωνον τῳ κατα Ιωαννην λογῳ, την ὁμολογιαν τυ ἐν ὑδατι βαπτισματος προς τυς πεμφθεντας ἐκ των Φαρισαιων λεγοντι. ὁ δε Μαρκος, ἐκηρυσσε, φησιν, Ιωαννης λεγων· ἐρχεται ὁ ἰσχυροτερος μου ὀπισω, ὑ ὐκ εἰμι ἱκανος κυψας λυσαι τον ἱμαντα των ὑποδηματων αὐτυ· ἐγω ἐβαπτισα ὑμας ὑδατι, αὐτος δε βαπτισει ὑμας ἐν πνευματι ἁγιῳ· προς πλειονας, και παντας τυς ἀκυοντας διδασκων ταυτα κεκηρυχθαι. ὁ δε Λυκας φησι ὁτι προσδοκωντος του λαου, και διαλογιζομενων παντων ἐν ταις καρδιαις αὐτων περι τυ Ιωαννυ, μηποτε αὐτος εἰη ὁ Χριςος, ἀπεκρινατο λεγων πασιν ὁ Ιωαννης· ἐγω μεν ὑδατι βαπτιζω ὑμας, ἐρχεται δε ὁ ἰσχυροτερος μυ, ὑ ὐκ εἰμι ἱκανος λυσαι τον ἱμαντα των

ὑποδη-

me venturus est, hoc est, qui post me manifestandus est. Cujus cum excedente, & exsuperante excellentia intellexisset Joannes suam ipsius naturam superari, ob quam ambigebant nonnulli, an ipse esset Christus, ostendere volens quanto inferior esset Christi magnitudine, ne quis de se cogitaret aliquid supra id, quod videt, aut audit a semetipso, dicit etiam illud: *Cujus non sum ego dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti*, illud innuens se minime idoneum esse, qui de ipsius Christi incorporatione rationem (quæ veluti ligata est, & occultata non intelligentibus) solvat, explicetque: dignum aliquid dicendo de tanto adventu in tantam brevitatem contracto.

16. Verum enimvero haud importunum fuerit inquirentibus nobis illud: *Ego in aqua baptizo*, addere, si quid simile de hoc dixerint Evangelistæ, & cum re, qua de agitur, conferre. Itaque Matthæus inquit, cum conspexisset multos ex Pharisæis, & ex Sadducæis venientes ad baptismum (post verba increpatoria, de quibus inquisivimus) *Ego quidem vos in aqua baptizo ad resipiscentiam: at ille, qui post me venturus est, potentior me est, cujus non sum idoneus, ut calceamenta portem: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*: cum sermone Joannis conveniens narrante confessionem baptismi in aqua ad eos, qui missi fuerant ex Pharisæis. At Marcus: *Prædicabat* (inquit) Joannes *dicens*: *Venit, qui fortior est me, post me, cujus non sum idoneus, ut procumbens solvam corrigiam calceamentorum ejus. Ego quidem baptizo vos aqua, ille vero baptizabit vos in Spiritu sancto*: ad complures, & omnes audientes docens hæc prædicata fuisse. Rursum Lucas inquit, quod exspectante populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, an ipse esset Christus, responderit Joannes dicens universis: *Ego quidem aqua baptizo vos; sed veniet, qui potentior est me, cujus non sum idoneus solvere corrigiam calceamentorum*

ὑποδηματων αὐτȣ· αὐτος ὑμας βαπτισει ἐν πνευματι ἁγιῳ και πυρι.

Εχοντες τοινυν τας ὁμοιας λεξεις των τεσσαρων, φερε κατα το δυνατον ἰδωμεν ἰδιᾳ τον νȣν ἑκαςης, και τας διαφορας, ἀρξαμενοι ἀπο τȣ Ματθαιȣ, ὁς και παραδεδοται πρωτος των λοιπων τοις Εβραιοις ἐκδεδωκεναι το ἐυαγγελιον, τοις ἐκ περιτομης πιςευȣσιν· ἐγω μεν, φησι, ὑμας ἐν ὑδατι βαπτιζω εἰς μετανοιαν, οἱονει καθαιρων, και ἀποτρεπομενος ἀπο των χειρονων, και ἐπι μετανοιαν παρακαλων· ἑτοιμασαι γαρ κυριῳ λαον κατεσκευασμενον ἐγω ἐληλυθα, και χωραν δια του βαπτισματος της μετανοιας ἐυτρεπισαι τῳ μετ᾽ ἐμε ἡξοντι, και δια τȣτο ἰσχυροτερον πολλῳ της ἐμης δυναμεως, και κρειττον ὑμας ὠφελησοντι· ȣ̉ σωματικον γαρ το ἐκεινȣ βαπτισμα, τον μετανοȣντα πληρȣντος ἁγιȣ πνευματος, και θειοτερȣ πυρος παν ὑλικον ἀφανιζοντος, και παν γεωδες ἐξαναλισκοντος, ȣ̉ μονον ἀπο τȣ χωρησαντος αὐτο, ἀλλα και ἀπο του των ἐχοντων ἀκȣοντος. τοσȣτον δε ἐςιν ἐμȣ ἰσχυροτερος ὁ μετ᾽ ἐμε ἐρχομενος, ὡς μηδε τα της περιβολης των περι αὐτον δυναμεων ἐσχατων, ȣ̉χι γυμνων ἐκκειμενων, ὡςε και τȣς τυχοντας νοειν αὐτα δυνασθαι, ἱκανον με τυγχανειν βαςασαι, μηδε ταυτα ὑπομενοντας φερειν. ȣ̉κ οἰδα δη ὁποτερον εἰπω, ποτερον την πολλην μȣ ἀσθενειαν, τα ἐυτελη τȣ Χριςȣ συγκρισει των περι ἑαυτον μειζονων, φερειν μη δυναμενην, ἠ δια την ἐκεινȣ ὑπερβαλλȣσαν, και μειζονα παντος τȣ κοσμȣ θειοτητα· εἰγε ἐγω ὁ τηλικαυτην χωρησας χαριν, ὡς και προφητειας ἐξιωσθαι με, προλεγȣσης τα περι της εἰς τον βιον των ἀνθρωπων ἐπιδημιας μȣ, ἐν τῳ· ἐγω φωνη βοωντος ἐν τῃ ἐρημῳ, και· ἰδου ἐγω ἀποςελλω τον ἀγγελον μȣ προ προσωπȣ σȣ· ἐγω ȣ̉ την γενεσιν Γαβριηλ ὁ παρεςηκως ἐνωπιον τȣ θεȣ παραδοξως ἐυαγγελισατο ἐν γηρᾳ γεγεννημενῳ τῳ πατρι μȣ· ἐγω ἐφ᾽ ȣ̉ τῳ ὀνοματι Ζαχαριας ἁμα ἀπελαβε την

φωνην,

ntorum ejus. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto &
ni.

17. Tenentes igitur quatuor Evangelistarum simi-
ı verba, age videamus pro virili seorsum uniuscu-
sque verbi sensum, & differentias, initio sumto a
latthæo, qui primus cæterorum traditur Evange-
ım tradidisse Hebræis, qui ex circumcisione credi-
:rant: *Ego vos*, inquit, *in aqua baptizo ad resipiscen-*
ım, veluti purgans & deterrens a rebus malis, &
l resipiscentiam invitans: ut præparem enim popu-
m instructum ego veni: & ad præparandum locum
:sipiscentiæ per baptismum post me venturo, qui
ıc etiam ratione longe potentius, præstantiusque
ıam mea sit potentia, vobis adjumento futurus est.
quidem illius baptismus non est corporalis, cum
:sipiscentem repleat Spiritus sanctus igne diviniori
ıidquid vel materiale, vel terrenum fuerit, demo-
:nte & consumente. Et hoc non tantum in eo,
ıi ipsum admiserit, sed etiam in eo, qui audierit
sum habentes. Tanto autem est me fortior, qui
ɔst me venturus est, ut ne ea quidem, quæ ad amic-
ım spectant extremarum potentiarum, quæ sunt circa
sum, portare, vel qui ea sustinent, ferre sim ido-
:us: cum non ita nuda prostent, ut ea obvii qui-
ıe intelligere possint. Igitur non novi utrum prius
cam meamne multam imbecillitatem, quæ ne vilia
ıidem Christi (magnarum rerum circa ipsum exi-
entium comparatione) ferre queat, an divinitatem
lius eminentem, & toto mundo majorem, quando-
ıidem ego, qui tantam accepi gratiam, ut prophe-
a dignus habitus fuerim, quæ meum adventum ad
itam hominum prædiceret, illis verbis: *Ego vox cla-*
antis in deserto; &: *Ecce ego mitto nuncium meum ante*
ıciem tuam: Ego, cujus ortum Gabriel adstans co-
ım altari admirabiliter annunciavit, patre meo in
:nectute existente: Ego, ad cujus nomen Zacharias
mox

φωνην, και το προφητευειν δι' αὐτης· ἐγω ὁ ὑπο του κυριου μου μαρτυρουμενος, ὡς ἀρα μειζων ἐν γεννητοις γυναικων ἐμου οὐδεις τυγχανει, οὐδε τα ὑποδηματα βαστασαι ἱκονος εἰμι. εἰ δε μη τα ὑποδηματα, τι λεκτεον περι των ἐνδυματων αὐτου; τις οὑτος ὃς ὁλοκληρον αὐτου το ἱματιον τηρησαι δυνηστεται; τις, ὃς νοησει τον ἐκ των ἀνωθεν χιτωνα ἄῤῥαφον δια το δι' ὁλου ὑφαντον τυγχανειν καταλαβειν ὃν ἐχει λογον; παρατηρητεον δε ὅτι των τεσσαρων εἰρηκοτων το ἐν ὑδατι ὁμολογειν Ιωαννην ἐληλυθεναι βαπτιζειν, μονος Ματθαιος τουτῳ προστεθηκε το, εἰς μετανοιαν, διδασκων το, ἀπο του βαπτισματος ὠφελειαν ἐχεσθαι της προαιρεσεως του βαπτιζομενου, τῳ μετανοουντι μεν ἐγγινομενην, τῳ δε μη μετανοουντι προσιοντι εἰς κριμα χαλεπωτερον ἐσομενην. χρη δε εἰδεναι ὅτι ὥσπερ αἱ κατα τας γεγενημενας ὑπο του σωτηρος θεραπειας τεραστιοι δυναμεις, συμβολα τυγχανουσαι των ἀει λογῳ του θεου ἀπαλλαττομενων πασης νοσου και μαλακιας, οὐδεν ἡττον και σωματικως γενομεναι ὤνησαν, εἰς πιστιν προσκαλεσαμεναι τους εὐεργετηθεντας· οὑτως και το δια του ὑδατος λουτρον, συμβολον τυγχανον καθαρσιου ψυχης, παντα ῥυπον ἀπο κακιας ἀποπλυνομενης, οὐδεν ἡττον και κατ' αὐτο τῳ ἐμπαρεχοντι ἑαυτον τῃ θειοτητι της δυναμεως των της προσκυνητης τριαδος ἐπικλησεων, ἐστιν ἡ χαρισματων θειων ἀρχη και πηγη· διαιρεσεις γαρ χαρισματων εἰσι. μαρτυρει δε μου τῳ λογῳ ἡ ἐν ταις των ἀποστολων Πραξεσιν ἀναγεγραμμενη ἱστορια, περι του οὑτως ἐναργως τοτε το πνευμα τοις βαπτιζομενοις ἐπιδεδημηκεναι, προευτρεπισαντος αὐτῳ του ὑδατος τοις γνησιως προσιουσιν ὁδον, ὡς και τον Μαγον Σιμωνα καταπλαγεντα θελειν μεν την χαριν ταυτην ἀπο του Πετρου λαβειν, ἐθελειν δε το δικαιοτατον δια του μαμωνα της ἀδικιας. και τουτο δε παρασημειωτεον ὅτι το Ιωαννου βαπτισμα ὑποδεεστερον ἐτυχανε του βαπτισματος Ιησου διδομενου δια των μαθητων αὐτου.

αἱ

mox vocem recepit, atque etiam prophetandi munus per ipsam: Ego, de quo Dominus testificatus est, neminem inter natos mulierum me majorem existere; neque calceamenta ejus idoneus sum portare. Quod si non calceamenta, quid dicendum de vestimentis ejus? Quis tantus, qui totam illius vestem custodire queat? Quis est qui cogitaturus sit, se comprehensurum rationem eam, quam habet tunica a summo inconsutilis, quia sit per totum contexta? Illud vero observandum, quod quatuor Evangelistis dicentibus, Joannem fateri se advenisse ad baptizandum in aqua, solus Matthæus huic rei addiderit, *Ad resipiscentiam*; nimirum docens utilitatem futuram baptismatis ei, qui ex proposito baptizaretur, quæ ad resipiscentem perveniens, ei, qui accederet non resipiscens, asperius judicium futura esset. Sciendum est insuper, quemadmodum prodigiosæ virtutes in curationibus a Servatore factis, notæ existentes eorum, qui semper a λογῳ (id est filio Dei), liberantur tum ab omni ægritudine, tum a mollitie, profuerunt (etiam corporaliter factæ) invitantes ad fidem eos, qui beneficio afficiebantur; ita lavacrum aquæ, symbolum & nota existens purificationis animæ ablutæ ab omni sorde malitiæ, nihilominus, etiam ex se, esse principium ac fontem munerum divinorum, propter potentiam invocationum adorandæ Triadis, ei, qui se exhibuerit deitati. *Divisiones* enim *donorum sunt*. Testimonium autem meis verbis præbet historia in Actis Apostolorum scripta de eo, quod adeo evidenter tunc advenerit Spiritus his, qui baptizabantur, præstruente viam aqua his, qui sincere ad ipsum accedebant; adeo ut Simon ille Magus obstupefactus vellet a Petro hanc gratiam accipere, velletque rem justissimam per mammona iniquitatis. Quin & hoc insuper notandum, quod Joannis baptismus Jesu baptismo, quod dabatur per discipulos ejus, inferior erat.

Qui

οἱ γουν ἐν ταις Πραξεσι βεβαπτισμενοι εἰς το Ιωαννου βαπτισμα, μηδε εἰ πνευμα ἁγιον ἐςιν ἀκȣσαντες, βαπτιζονται δευτερον ὑπο τȣ Αποςολȣ. το γαρ της ἀναγεννησεως ȣ̓ παρα τῳ Ιωαννῃ, ἀλλα παρα τῳ Ιησȣ δια των μαθητων αὐτȣ ἐγινετο, και παλιγγενεσιας ὀνομαζομενον λȣτρον, μετα ἀνακαινωσεως γινομενον πνευματος, τȣ και νυν ἐπιφερομενȣ, ἐπειδη παρα Θεȣ ἐςιν, ἐπανω τȣ ὑδατος, ἀλλ' ȣ̓ πασι μετα το ὑδωρ ἐγγινομενȣ. και ταυτα μεν εἰς την ἐξετασιν των ἐν τῳ κατα Ματθαιον ἐυαγγελιῳ.

Ηδη δε και τα Μαρκȣ κατανοησωμεν, ὁς ἀνεγραψε κηρυσσοντα τον Ιωαννην, ταυτα μεν εἰρηκεναι κατα το ἐρχεται ὁ ἰσχυροτερος μȣ ὀπισω μου· ἰσοδυναμει γαρ ταυτα τῳ· ὁ ὀπισω μȣ ἐρχομενος, ἰσχυροτερος μȣ ἐςιν· ȣ̓κ ἐτι δε τα αὐτα ἐν τῳ· ȣ̓κ εἰμι ἱκανος κυψας λυσαι τον ἱμαντα των ὑποδηματων αὐτȣ. ἑτερον μεν γαρ το βαςαζειν τα ὑποδηματα, δηλονοτι ἠδη λελυμενα ἀπο των τȣ ὑποδεδεμενȣ ποδων· ἑτερον δε το κυψαντα λυσαι τον ἱμαντα των ὑποδηματων αὐτȣ. και ἀκολȣθον γε μηδενος σφαλλομενȣ των ἐυαγγελιςων, μηδε ψευδομενȣ, ὡς εἰποιεν ἀν οἱ πιςευοντες, ἀμφοτερα κατα διαφορȣς καιρȣς ἑυρηκεναι τον Βαπτιςην καθ' ἑτερον και ἑτερον νυν κινȣμενον· ȣ̓ γαρ περι των αὐτων, ὡς οἰονται τινες οἱ ἀπομνημονευοντες, διαφορως ἠνεχθησαν μη ἀκριβȣντες τῃ μνημῃ ἑκαςον των εἰρημενων, ἠ γεγενημενων. μεγα μεν ȣ̓ν το βαςασαι τȣ Ιησȣ τα ὑποδηματα, μεγα δε και το ἐπι τα σωματικα αὐτȣ κατω πȣ γεγενημενα, κυψαντα ὑπερ τȣ την εἰκονα κατω θεασασθαι, λυσαι ἑκαςον των περι τȣ μυςηριȣ της ἐνσωματωσεως ἀσαφων, οἱονει τον ἱμαντα των ὑποδηματων τυγχανοντα. εἱς γαρ ὁ της ἀσαφειας δεσμος, ὡσπερ και ἡ μια της γνωσεως κλεις, ἁτινα ȣ̓δε ὁ μειζων ἐν γεννητοις γυναικων καθ' αὐτον ἱκανος λυσαι, ἠ ἀνοιξαι, τȣ δησαντος

και

Qui ergo in Actis baptizati erant in Joannis baptismo, & neque, an Spiritus sanctus esset, audierant, denuo ab Apostolo baptizantur, quia regeneratio non apud Joannem, sed apud Jesum per Apostolos suos fiebat, atque etiam regenerationis quod dicitur lavacrum, quod fiebat cum renovatione spiritus, qui etiam nunc præfertur aquæ, quoniam a Deo est, sed non omnibus post aquam imprimitur & ingeneratur. Et hæc quidem hactenus, quod ad inquisitionem attinet eorum, quæ sunt in Evangelio secundum Matthæum.

18. Proinde jam Marcum etiam consideremus: qui prædicantem quidem Joannem eadem scripsit dixisse, juxta illud: *Venit potentior me post me*; hæc enim æque valent, atque ea verba: *Qui post me venturus est, potentior me est*; non amplius vero eadem, dum inquit: *Non sum idoneus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus.* Aliud est etenim gestare calceamenta, jam scilicet soluta a pedibus calceati: aliud etiam, procumbentem solvere corrigiam calceamentorum ejus. Proinde consequens est, nullo ex Evangelistis vel fallente vel mentiente, ut dicerent qui credunt, utraque Baptistam diversis temporibus dixisse secundum aliam, & aliam mentem motum. Non enim de iisdem rebus varie locuti sunt Evangelistæ, ut quidam expositores putant, accurate non inquirentes singula dicta vel facta. Atque magnum quidem est gestare Jesu calceamenta, sed magnum etiam est illud, procumbentem ad ipsius corporalia deorsum facta (considerandi causa imaginem inferiorem) solvere obscura quæque mysterii incarnationis, quæ veluti sunt calceamentorum corrigia: unum enim est obscuritatis vinculum, sicut etiam una scientiæ est clavis, quæ ne ipse quidem major inter natos mulierum ex se solvere vel aperire idoneus est; nempe eo solo ligante, aperienteque, qui quibus ipse velit,

και κλεισαντος μονȣ δωρȣμενȣ οἷς βȣλεται το λυσαι, και ἀνοιξαι τον ἱμαντα των ὑποδηματων, και τα κεκλεισμενα. εἰ δε μυϛικος ὁ περι των ὑποδηματων τοπος, ȣ̓δὲ τȣτον παρελθειν ἀξιον. οἶμαι τοινυν την μεν ἐνανθρωπησιν, ὁτε σαρκα και ὀϛεα ἀναλαμβανει ὁ τȣ Θεȣ υἱος, το ἑτερον εἶναι των ὑποδηματων, την δε εἰς ᾄδȣ καταβασιν, ὁϛις ποτε ἐϛιν ὁ ᾅδης, και την εἰς φυλακην μετα τȣ πνευματος πορειαν, το λοιπον. περι της εἰς ᾄδȣ καταβασεως το· ȣ̓κ ἐγκαταλειψεις την ψυχην μȣ εἰς τον ᾅδην, ἐν ιϛ́ ψαλμῳ εἰρηται· και περι της ἐν φυλακη πορειας μετα πνευματος παρα τῳ Πετρῳ ἐν τῃ καθολικῃ ἐπιϛολῃ· Θανατωθεις γαρ, φησι, σαρκι, ζωοποιηθεις δε πνευματι· ἐν ᾧ και τοις ἐν φυλακῃ πνευμασι πορευθεις ἐκηρευξεν, ἀπειθησασι ποτε, ὁτε ἀπαξ ἐξεδεχετο ἡ τȣ Θεȣ μακροθυμια, ἐν ἡμεραις Νωε κατασκευαζομενης κιβωτȣ. ὁ τοινυν κατ᾽ ἀξιαν ἀμφοτερων των ἐπιδημιων τȣς λογȣς παραϛησαι δυναμενος, τον ἱμαντα λυειν των Ιησȣ ἱκανος ἐϛιν ὑποδηματων, και αὐτος τῳ νοϊ κυπτων, και συγκαταβαινων τῳ καταβεβηκοτι εἰς ᾄδȣ, και ἀπο ȣ̓ρανȣ, και των περι της Θεοτητος Χριϛȣ μυϛηριων καταβαινων ἐπι την ἀναγκαιως γεγενημενην παρ᾽ ἡμιν αὐτȣ ἐπιδημιαν, ὁτε τον ἀνθρωπον ὑπεδησατο. ὁ δε τον ἀνθρωπον ὑποδησαμενος και τον νεκρον ὑπεδησατο· εἰς τȣτο γαρ Ιησȣς ἀπεθανε και ἀνεϛη, ἱνα και νεκρων και ζωντων κυριευσῃ· και δια τȣτο ζωντα και νεκραν ὑπεδησατο, τȣτεϛι τον ἐν γῃ, και τον ἐν ᾄδȣ, ἱνα και νεκρων και ζωντων κυριευσῃ. τις ȣ̓ν ἀρα ἱκανος κυψας λυσαι τον ἱμαντα των τοιȣτων ὑποδηματων, και λυσας μη ἐασαι, ἀλλα κατα δευτεραν ἱκανοτητα ἀναλαβειν αὐτα, και βαϛασαι, δια τȣ ἐν τῃ μνημῃ περιφερειν τα νενοημενα;

Μη ἀνεξεταϛον δε ἐασθω το χωρις του, κυψας, ὁμοιως παρα τῳ Λȣκᾳ και Ιωαννῃ εἰρημενον. και ταχα ἐνδεχεται μεν κυψαντα λυσαι κατα το προειρημενον.

δυνατον

elargitur ſolvere & aperire corrigiam calceamentorum, atque etiam quæ clauſa ſunt. Quod ſi myſticus eſt calceamentorum locus, ne hunc quidem prætertire dignum eſt. Igitur opinor hominis aſſumtionem (cum carnem & oſſa recipit Dei filius) alterum eſſe calceamentorum, alterum autem eſſe deſcenſum ad infernum, quisquis tandem ſit ille infernus, & ad carcerem cum Spiritu iter. Illud de deſcenſu ad infernum ſcribitur in quintodecimo Pſalmo: *Non derelinques animam meam in infernum.* Et de itinere cum Spiritu ad carcerem apud Petrum in Catholica Epiſtola: *Mortificatus* enim, inquit, *carne, ſed vivificatus Spiritu: in quo etiam profectus ſpiritibus, qui erant in carcere, prædicavit: qui inobedientes fuerunt quondam, cum exſpectabatur Dei lenitas in diebus Noe, cum apparabatur arca.* Qui itaque, ut dignum eſt utrisque adventibus, orationem habere poteſt, corrigiam ſolvere calceamentorum Jeſu idoneus eſt, etiam ipſe mente procumbens, pariterque cum deſcendente in infernum deſcendens, & a cœlo, & a myſteriis divinitatis Chriſti deſcendens ad ipſius apud nos adventum neceſſario factum, cum hominem ligavit. Porro qui hominem ligavit, etiam mortuum ligavit: *In hoc enim Jeſus mortuus eſt, & reſurrexit, ut ne mortuis, & viventibus dominetur:* [ob eamque cauſam & vivum, & mortuum ligavit, id eſt, & eum, qui in terra, & eum, qui eſt apud inferos, ut & in vivis dominetur, & in mortuis.] Quis ergo idoneus eſt procumbens ſolvere corrigiam talium calceamentorum; eaque ſoluta non dimittere, ſed ex altera idoneitate ea recipere & geſtare, eoquod circumferat in memoria, quæ intellexerit?

19. Nec illud ſinatur intactum, Lucam, ſimiliterque Joannem vocem, *procumbens*, omiſiſſe. Et fortaſſis quidem contingit, ut qui procubuerit, ſolvat juxta id, quod eſt dictum; ſed facile factu eſt etiam,

δυνατον δε και το αναϛημα τȣ απο τȣ λογȣ επαρματος φυλαττοντα, ευρειν την λυσιν των εν τω ζητεισθαι δεδεμενων υποδηματων· ινα τα αυτα τις λυσας των χωριϛων υποδηματων ιδη λογον γυμνον των υποδεεϛερων καθ᾽ αυτον υιον τȣ θεȣ.

Ου ταυτον δε το μη ειναι ικανον, τω μη ειναι αξιον αναγραφει ο Ιωαννης· δυνατον γαρ μη οντα αξιον γενεσθαι ικανον· δυνατον δε και αξιον οντα μηδεπω ειναι ικανον. ει γαρ και προς το συμφερον διδοται τα χαρισματα, και ȣ μονον κατα την αναλογιαν της πιϛεως, φιλανθρωπȣ αν ειη θεου εργον, προορωμενου βλαβην απο οιηματος επακολȣθησοντος, η φυσιωσεως το και τω αξιω ποτε μη διδοναι την ικανοτητα. οικειον δε της χρηϛοτητος τȣ θεȣ νικαν εν τω ευεργετειν τον ευεργετουμενον προλαμβανοντα τον εσομενον αξιον, και πριν γενηται αξιος κοσμȣντα αυτον τη ικανοτητι, ινα μετα την ικανοτητα ελθη επι το γενεσθαι αλιος και μη παντως απο τȣ ειναι αξιος φθανων τον δωρȣμενον, και προλαβων αυτȣ τας χαριτας, ελθη επι το γενεσθαι ικανος. ο τοινυν Ιωαννης φησι παρα μεν τοις τρισιν ȣκ ειναι ικανος, παρα δε τω Ιωαννη ȣκ ειναι αξιος. ȣκ αποκειεται δε ος γε ελεγεν ȣδεπω ων ικανος γενονεναι ικανος, ει και μη αξιος πω ην· και παλιν οτε ελεγεν ȣκ ειναι αξιος ȣκ ων αξιος, εφθακεναι επι το γεγονεναι αξιος· ει μη αρα τις ερει επι το κατ᾽ αξιαν της λυσεως και βαϛαξεως αυτων, μη χωρȣσαν την θνητην φυσιν ηκειν ποτε, αληθευομενον εχειν το μηδεποτε γενεσθαι ικανον λυσαι τον ιμαντα των υποδηματων, και αξιον τȣ αυτȣ. οσα δε εαν χωρησωμεν ετι υπολειπεται τα μηδεπο νενοημενα, επει

οταν

ut qui observat altitudinem intervalli, & spatii existentis a λογῳ [filio Dei,] inveniat calceamentorum solutionem (quæ, cum quis ea quærit, ligata apparent) ut ea quis cum solverit calceamenta, quæ separabilia sunt, videat λογον [Dei filium] per se nudum rebus inferioribus.

20. Perscribit autem Joannes: *Non sum ego dignus*, quod idem non est cum illis verbis: *Non sum ego idoneus*: fieri enim potest, ut qui dignus non sit, sit idoneus; contra qui dignus sit, nondum sit idoneus. Si enim etiam ad id, quod expedit, data sunt dona, nec id tantum ex proportione fidei, Dei humanum genus amantis officium erit prævidentis nocumentum ex elatione vel inflatione insecutura, ne digno quidem aliquando idoneitatem dare. Accommodatum est autem ad naturam bonitatis Dei, vincere in conferendis beneficiis eum, in quem beneficia conferuntur, anticipareque eum, qui dignus futurus est, atque ornare idoneitate, ut post idoneitatem assequatur esse dignus: ne talis dignus omnino cum fuerit, præveniens Deum munera largientem, ipsiusque gratias anticipans, ad hoc pertingat, ut sit idoneus. Ergo apud tres Evangelistas se non esse idoneum inquit Baptista, apud Joannem autem non esse dignum. Nec profecto qui dixit, se nondum existere idoneum, excluditur, quin factus fuerit postea idoneus, etiam si nondum dignus esset; qui vicissim quum dixit se non esse dignum, cum non esset dignus, non excluditur, quin ad hoc non pertigerit, ut esset dignus. Nisi forte quis dicturus est, eoquod mortalis natura non capax sit, neque possit illo pertingere aliquando, ut calceamenta ipsa solvere, atque gestare possit, ut dignum est ipsis, Joannem vera narrantem habere illud, ut nunquam fuerit idoneus, ac ne dignus quidem solvere corrigiam calceamentorum pro dignitate ipsius Christi; quia quamvis multa cognitione perce-

ὁταν συντελεσῃ ἀνθρωπος, τοτε ἀρχεται· και ὁταν παυσῃ, τοτε ἀπορηθησεται, κατα την Ιησε υἱε Σειραχ σοφιαν.

Ετι περι των ὑποδηματων των παρα τοις τρισιν ὑτως ὀνομαθεντων ἐυαγγελισαις διαλαβωμεν, συγκρινοντες ἐκεινα τῳ παρα τῳ μαθητῃ Ιωαννῃ ἑνικως ὀνομαθεντι· ὑκ εἰμι γαρ, φησιν, ἐγω ἀξιος ἱνα λυσω αὐτε τον ἱμαντα τε ὑποδηματος. ταχα ὑν νικωμενος ὑπο της τε Θεε χαριτος δωρεαν εἰληφε, μηδεπω ὁσον ἐφ' ἑαυτῳ ἀξιος ὠν λυσαι τον ἱμαντα τε ἑτερε των ὑποδηματων, νοησας αὐτε την ἐν ἀνθρωποις ἐπιδημιαν περι ἡς και μαρτυρει. ἐπει δε ἐλειπεν αὐτῳ ἡ περι των ἑξης καταληψις, ὑκ εἰδοτι ποτερον Ιησες ἐςιν ὁ κἀκει ἐρχομενος, ὁπε ἀπο της φυλακης γινεσθαι ἐμελλεν ἀποκεφαλισθεις, ἡ ἑτερον προσδοκᾳν ἐχρην, δια τετο την σαφεςερον ὑςερον ἐπαπορησιν ἡμιν δηλεμενην και νυν ἀνιττομενος, φησι το· ὑκ εἰμι ἐγω ἀξιος ἱνα λυσω αὐτε τον ἱμαντα τε ὑποδηματος. ὁ δε οἰομενος περιεργοτερον τετο εἰρησθαι, εἰς ταυτον συναξει το των ὑποδηματων, και τε ὑποδηματος, ἱνα οἱονει λεγῃ, ὑδαμως ἀξιος εἰμι λυσαι τον ἱμαντα, ὑδε κατα την ἀρχην, κἀν τε ἑνος ὑποδηματος, ἡ και ὑτως δυνατον εἰς ἑν συναγεσθαι τα παρα τοις τεσσαρσιν εἰρημενα. εἰ γαρ ὁ Ιωαννης συνιει μεν τα περι της ἐνταυτα αὐτε ἐπιδημιας, ἐπηπορει δε περι των ἑξης, ἀληθευει λεγων και το μη εἰναι ἱκανον λυειν τον ἱμαντα των ὑποδηματων· ὑ γαρ λυει ἀμφοτερα λυσας τε ἑνος. ἀληθευει δε λεγων και τον ἱμαντα τε ὑποδηματος, ἐπει, ὡς προειρηται, ἐτι διαπορει περι του, ποτερον αὐτος ἐςιν ἐρχομενος, ἡ ἑτερος, ὁ κἀκει προσδοκητεος.

Και

pimus, adhuc relinquantur tamen multa, nondum intellecta: *Quoniam cum absolverit homo, tunc incipit: & cum quieverit, tunc incertus erit*, juxta Jesu filii Sirach Sapientiam.

21. Adhuc de calceis hunc in modum apud tres Evangelistas nominatis differamus, illos conferentes cum illo calceo, qui apud discipulum Joannem numero singulari nominatur: *Non sum* enim *ego*, inquit *dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti.* Fortassis igitur victus a Dei gratia munus accepit (nondum alioqui, quantum in se erat, dignus existens) solvendi corrigiam alterius calceamentorum, cum perspexisset illius inter homines adventum, de quo & testificatur. Sed quoniam deficiebat illi comprehensio rerum, quæ secuturæ erant, nescienti, an Jesus esset etiam illo venturus, quo futurum erat, ut ipse ex carcere decollatus accederet, an alium oporteret exspectare, ob hanc causam dubitationem illam, quæ nobis postea apertius declaratur, etiam innuens, inquit illud: *Non sum ego dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti.* Quod si quis existimarit curiosius hoc a nobis dictum fuisse, is in idem congregabit, quod dictum est de calceamentis, & calceamento, ut veluti dicat: Haudquaquam dignus sum solvere corrigiam, ne in principio quidem, unius calcei; vel etiam hunc in modum in unum adduci possunt, quæ quatuor Evangelistæ dixerunt. Si enim Joannes intelligebat, quæ pertinent ad adventum Christi ad nos, dubitabatque de rebus sequentibus, vera narrat dicens, se non idoneum, qui solvat corrigiam calceamentorum: nec enim utraque solvit, qui unum solverit. Vera etiam narrat dicens, *corrigiam calceamenti*, quoniam, ut prædictum est, etiamnum dubitat de eo, an ipse sit ille venturus, & etiam ille exspectandus, an alter.

Και περι τυ δε· μεσος ὑμων ἑςηκεν, ὁν ὑμεις ὐκ οἰδατε, ταῦτα διαληπτεον περι τυ υἱυ θευ τυ λογυ, δἰ ὑ τα παντα γεγονεν, ὑφεςηκοτος ὐσιωδως κατα το ὑποκειμενον τυ αὐτυ ὀντος τῃ σοφιᾳ. ὑτος γαρ δἰ ὁλης πεφοιτηκε της κτισεως, ἱνα ἀει τα γινομενα δἰ αὐτυ γινηται, και περι παντος ὑτινοσυν ἀει ἀληθες ἠν το· παντα δἰ αὐτυ ἐγενετο, και χωρις αὐτυ ἐγενετο ὐδεν· και το· παντα ἐν σοφιᾳ ἐποιησας. εἰ δε δἰ ὁλης της κτισεως πεφοιτηκε, δηλον ὁτι και των πυνθανομενων, τι ὐν βαπτιζεις, εἰ συ ὐκ εἰ ὁ Χριςος, ὐδε Ηλιας, ὐδε ὁ προφητης; μεσος ἑςηκεν ὁ αὐτος και βεβαιος ὠν λογος, ὑπο του πατρος ἐςηριγμενος πανταχυ. ἠ το· μεσος ὑμων ἑςηκεν, ἀκυεσθω, ὁτι ὑμων των ἀνθρωπων, δια το εἰναι ὑμας λογικυς, μεσος ὑμων ἑςως, τῳ τυ παντος σωματος ἐν μεσῳ εἰναι το ἡγεμονικον, ἀποδεικνυται κατα τας γραφας ἐν τῃ καρδιᾳ τυγχανον. οἱ τοινυν ἐχοντες τον λογον ἐν μεσῳ ἑαυτων, μη διαλαμβανοντες δε περι της φυσεως αὐτυ, μηδε ἀπο ποιας πηγης και ἀρχης ἐληλυθεν, μηδ᾽ ὁπως ποτε συνεςησεν αὐτοις, ὑτοι μεσον αὐτον ἐχοντες ὐκ ἰσασιν· ὁ δε Ιωαννης αὐτον οἰδε· το γαρ· ὁν ὑμεις ὐκ οἰδατε, ὀνειδιςικως λεγομενον προς τυς Φαρισαιυς, ἐμφαινει τῳ λογῳ το ἐπιμελως ἐγνωκεναι τον ὑπ᾽ ἐκεινων ἀγνουμενον. δἰ ὁ και γινωσκων αὐτον ὁ βαπτιςης οἰδεν ὀπισω αὐτυ ἐρχομενον, τον ἐν μεσῳ τυγχανοντα, τυτεςι μετ᾽ αὐτον και την ὑπ᾽ αὐτυ ἐν τῳ βαπτισματι διδασκαλιαν ἐπιδημυντα τοις κατα λογον ἀπολυσαμενοις. ὐ ταυτον δε σημαινεται ἐκ της, ὀπισω, φωνης ἐνθαδε, και ὁταν ὁ Ιησυς πεμπῃ ἡμας ὀπισω ἑαυτυ· ἐκει μεν γαρ, ἱνα τατ᾽ ἰχνη βαινοντες αὐτυ φθασωμεν προς τον πατερα, ὀπισω αὐτυ γινεσθαι

22. Quin, quod ad id attinet: *In medio vestri stat, quem vos nescitis;* hæc differenda sunt de filio Dei λογῳ, per quem omnia facta sunt, subsistente substantialiter secundum subjectum, & idem existente cum sapientia. Hic enim per universam orbis machinam permeat, ut quæ semper fiunt, per ipsum fiant; & de universis, quæcumque protuleris, semper verum erit: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil:* & illud: *Omnia in sapientia fecisti.* Quod si per omnem creationem atque universam mundi fabricam permeat, in medio scilicet etiam eorum stat, qui interrogabant: *Quid ergo baptizas, si tu non es ille Christus, neque Elias, neque Propheta ille?* In medio, inquam, stat λογος ipse (hoc est ratio), & filius Dei a Patre firmatus ubique. Vel verba ea: *In medio vestri stat*, sic intelligantur, quia homines vos estis rationis compotes, idcirco *in medio vestri stat*, eoquod in medio sit totius corporis ea animæ pars præstantissima, principatum quam vocant, Scripturis inviolatæ fidei ostendentibus eam in corde existere. Qui igitur in sui ipsorum medio λογον, (hoc est rationem) habent, cum interim non differant vel de ipsius natura, vel a quo fonte, & principio venerit, neque tandem quomodo confirmaverit ipsos, hi in medio sui ipsorum λογον, (& rationem) se habere nesciunt. At Joannes ipsum novit: hoc enim: *Quem vos nescitis*, contumeliose dictum ad Pharisæos, ostendit Joannem accurate agnovisse quem illi ignorarent. Quam ob causam etiam Baptista ipsum agnoscens, novit post se venturum, in medio existentem, hoc est post se, & post doctrinam a se in baptismo datam, advenientem ad eos, qui secundum Sermonem, (seu rationem) abluti fuerint. Non idem autem significatur hoc in loco per vocem, *Post*, & quando Jesus mittit nos post seipsum: illic enim post ipsum esse jubemur, ut incedentes per ipsius vestigia, perveniamus ad Pa-

κελευομεθα· ἐνθαδε δε, ἱνα δηλωθῃ το μετα τας Ἰωαννε διδασκαλιας, ἐπει ἐληλυθεν ὑτος, ἱνα παντες πιςευσωσι δἰ αὐτε, τοις προευτρεπισαμενοις ἐπιδημειν, προκεκαταρμενοις δια των ἡττονων, προς τον τελειον λογον. προηγεμενως μεν ὑν ἑςηκεν ὁ πατηρ ἀτρεπτος, και ἀναλλοιωτος ὠν· ἑςηκε δε και ὁ λογος αὐτε ἀει ἐν τῳ σωζειν, κἀν γενηται σαρξ, κἀν μεσος ᾐ ἀνθρωπων, ὐ καταλαμβανομενος, ἀλλ' ὐδε βλεπομενος. ἑςηκε δε και διδασκων, προκαλεμενος παντας ἐπι το πινειν ἀπο της ἀφθονε πηγης αὐτου· εἱςηκει γαρ ὁ Ἰησους, και ἐκραξε λεγων· ἐαν τις διψᾳ, ἐρχεσθω προς με, και πινετω.

Ὁ δε Ἡρακλεων το· μεσος ὑμων ἑςηκε, φησιν, ἀντι τε, ἠδη παρεςι, και ἐςιν ἐν τῳ κοσμῳ, και ἐν ἀνθρωποις, και ἐμφανης ἐςιν ἠδη πασιν ὑμιν· δια τετων δε περιαιρει το παραςαθεν περι τε διαπεφοιτηκεναι αὐτον δἰ ὁλε τε κοσμε. λεκτεον γαρ προς αὐτον· ποτε γαρ ὐ παρεςιν; ποτε δ' ὐκ ἐςιν ἐν τῳ κοσμῳ; και ταυτα τε ἐυαγγελιε λεγοντος· ἐν τῳ κοσμῳ ἠν, και ὁ κοσμος δἰ αὐτε ἐγενετο, και ὁ κοσμος αὐτον ὐκ ἐγνω. και δια τετο και ὑτοι προς ὑς ὁ λογος, ὁ ὀν ὑμεις ὐκ οἰδατε, ὐκ οἰδασιν αὐτον, ἐπει ὐδεπω τε κοσμε ἐξεληλυθασιν, ὁ δε κοσμος αὐτον ὐκ ἐγνω. ποιον δε χρονον διελειπε τε ἐν ἀνθρωποις εἰναι; ἠ ὐκ ἐν Ἡσαΐᾳ ἠν λεγοντι· πνευμα κυριε ἐπ' ἐμε, ὑ εἱνεκεν ἐχρισε με, και· ἐμφανης ἐγενομην τοις ἐμε μη ζητεσι; λεγετωσαν δε εἰ μη και ἐν Δαβιδ ἠν, ὐκ ἀφ' αὐτε λεγοντι· ἐγω δε κατεςαθην βασιλευς ὑπ' αὐτε ἐπι Σιων ὀρος το ἁγιον αὐτε· και ὁσα ἐκ προσωπε χριςε ἐν ψαλμοις ἀναγεγραπται. και τι με δει καθ' ἑκαςον ἀποδεικνυναι δυσεξαριθμητον ὀντως παραςησαι ἐναργως δυναμενον ὁτι ἀει ἐν ἀνθρωπῳ ἠν, προς το ἐλεγξαι ὐχ ὑγιως εἰρημενον το· ἠδη παρεςι, και ἐςιν ἐν κοσμῳ, και ἐν ἀνθρωπῳ, εἰς διηγησιν παρα τῳ Ἡρακλεωνι τε· μεσος ὑμων ἑςηκεν;

ὐκ

trem; hoc vero in loco, ut declararetur Jesum post Joannis doctrinas (quandoquidem hic venit, *ut omnes crederent per ipsum*) accedere ad eos, qui antea præparati fuissent, atque purificati per inferiora ad perfectum λογον (seu rationem). Præcipue itaque stat Pater immutabilis & inalterabilis existens: stat autem & Sermo ipsius semper, dum servat, etiam si fiat caro, etiam si in medio sit hominum, non comprehensus, sed neque visus: stat autem & docens, invitans omnes ad bibendum a fonte suo abundanti: *stabat enim Jesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me & bibat.*

23. At Heracleon, *In medio vestri stat*, interpretatur, Jam adest, & est in mundo, & inter nos omnes homines jam visibilis est: qua interpretatione tollit, quod docuimus, nempe quod ipse discurrat, ac permeet per totum mundum. Dicendum enim ad illum: Quando enim non adest? quando autem non est in mundo? præsertim Evangelio dicente: *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est (& mundus eum non cognovit)*. Et ob hanc causam hi etiam, ad quos est Sermo, ille, *quem vos nescitis*, nesciunt eum, quoniam nondum e mundo egressi fuerant, mundus vero eum non cognovit. Sed quo tempore cessavit inter homines esse? An non erat in Esaia dicente: *Spiritus Domini super me, propterea quod unxit me;* &: *Manifestus factus sum in his, qui me non quærebant?* Rursus dicant, an in Davide non erat, non a semetipso dicente: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus:* & quæcunque in Psalmis ex persona Christi scripta sunt. Cumque evidenter docere queam Jesum semper inter homines esse, ad convincendum non recte Heracleonem exponendo: *In medio vestri stat*, exposuisse, Jam adest, & est in mundo, & in homine, quid opus est me singulatim argumenta congerere, cum ea vix enumerari queant? Non absurde

ὐκ ἀπιθανως δε παρ' αὐτῳ λεγεται ὁτι το· ὀπισω μυ ἐρχομενος, το προδρομον εἰναι τον Ιωαννην τυ Χριςυ δηλοι. ἀληθως γαρ ὡσπερει οἰκετης ἐςι προτρεχων τυ κυριυ. πολυ δε ἁπλυςερον το· ὐκ εἰμι ἀξιος ἱνα λυσω αὐτυ τον ἱμαντα τυ ὑποδηματος, ἐξειληφεν ὁτι ὐδε της ἀτιμοτατης ὑπηρεσιας της προς τον Χριςον ἀξιος εἰναι δια τυτων ὁ Βαπτιςης ὁμολογει. πλην μετα ταυτην την ἐκδοχην ὐκ ἀπιθανως υποβεβληκε το· ὐκ ἐγω εἰμι ἱκανος, ἱνα δι' ἐμε κατελθη ἀπο μεγεθυς, και σαρκα λαβη ὡς ὑποδημα, περι ἡς ἐγω λογον ἀποδυναι ὐ δυναμαι, ὐδε διηγησασθαι, ἡ ἐπιλυσαι την περι αὐτης οἰκονομιαν. ἁδροτερον δε και μεγαλοφυεςερον ὁ αὐτος Ηρακλεων κοσμον το ὑποδημα ἐκδεξαμενος, μετεςη ἐπι το ἀσεβεςερον ἀποφηνασθαι ταυτα παντα δειν ἀκυεσθαι και περι τυ προσωπυ τυτυ δια τυ Ιωαννυ νομενυ. οἰεται γαρ τον δημιυργον τυ κοσμυ ἐλαττονα ὀντα τυ Χριςυ, τυτο ὁμολογειν δια τυτων των λεξεων, ὁπερ ἐςι παντων ἀσεβεςατον: ὁ γαρ πεμψας αὐτον πατηρ, ὁ των ζωντων Θεος, ὡς αὐτος Ιησυς μαρτυρει, τυ Αβρααμ, και τυ Ισαακ, και τυ Ιακωβ, ὁ δια τυτο κυριος τυ ὐρανυ και της γης, ὁτι πεποιηκεν αὐτα, ὐτος και μονος ἀγαθος, και μειζων τυ πεμφθεντος. εἰ δε και, ὡς προειρηκαμεν, ἁδροτερον νενοηται και πας ὁ κοσμος ὑποδημα εἰναι τῳ Ιησυ τῳ Ηρακλεωνι, ἀλλ' ὐκ οἰμαι δειν συγκατατιθεσθαι. πως γαρ μετα της τοιαυτης ἐκδοχης σωθησεται το· ὐρανος μοι θρονος, ἡ δε γη ὑποποδιον των ποδων μυ, μαρτυρυμενον ὡς περι τυ πατρος εἰρημενον ὑπο τυ Ιησυ; μη γαρ ὀμοσητε, φησι, τον ὐρανον, ὁτι θρονος ἐςι τυ θευ, μηδε την γην, ὁτι ὑποποδιον ἐςι των ποδων αὐτυ. πως δε μετα τυ τον ὁλον κοσμον ὑποδημα νοεισθαι τυ Ιησυ παραςησαι, νοησεται το· ὐχι τον ὐρανον και την γην ἐγω πληρω, λεγει κυριος; πλην

absurde tamen apud eum dicitur, quod verba illa: *Qui post me venturus est*, declarant Joannem præcursorem Christi existere: vere enim non secus atque servus præcurrit Dominum. Longe vero simplicius ea verba interpretatus est: *Non sum ego dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti*, perinde quasi fateatur Baptista his verbis, se neque dignum, qui ultima officia in Christum conferat. Attamen post hanc expositionem satis probabiliter subjunxit: Non sum ego idoneus, ut mei gratia descendat a magnitudine & carnem accipiat, ceu calceamentum, de qua rationem reddere ego non valeo, neque enarrare; vel solvere de ipsa dispensationem. Rursus minus prudenter, atque animosius Heracleon ipse cum per calceum interpretatus esset mundum, ad rem magis impiam transit, nempe ad enunciandum, hæc omnia intelligi etiam oportere de mundi fabricatore, intelligendo per Joannem, personam fabricatoris mundi. Existimat enim mundi opificem inferiorem Christo existentem, hoc per hæc verba fateri, quod est omnium impiissimum. Nam Pater qui misit illum, viventium Deus (ut etiam ipse Jesus testatur) nempe Abraham, Isaac & Jacob, & idcirco Dominus cœli & terræ, quod ea fecerit, hic etiam solus bonus & major est misso. Quod si minus prudenter (ut antea diximus) ab Heracleone excogitatum est, omnem etiam mundum calceamentum esse Jesu, non arbitror oportere, ut illi assentiamur. Quomodo enim cum tali intelligentia servabitur illud: *Cœlum mihi sedes est, terra autem subsellium pedum meorum*, quod testimonium sic sumit Jesus, perinde quasi Pater id dixerit? *Non enim juraveritis*, inquit, *per cœlum, quoniam sedes est Dei; neque per terram, quoniam subsellium pedum ejus est.* Proinde quomodo, si docuerimus totum mundum intelligendum esse calceamentum Jesu; illud intelligetur: *Nonne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus?*

Verum-

ἀξιον ἐπιςησαι ποτερον τῳ τον λογον και την σοφιαν διαπεφοιτηκεναι δι ὀλȣ τȣ κοσμȣ, τον δε πατερα ἐν τῳ υἱῳ εἰναι, ὡς παρεθεμεθα, τα ῥητα δει νοησαι· ἠ ὁ προηγȣμενως περιζωσαμενος πασαν την κτισιν, παρα το τον υἱον εἰναι ἐν αὐτῳ, ἐχαρισατο τῳ σωτηρι ὡς μετ' αὐτον δευτερῳ, και θεῳ λογῳ τυγχανοντι, δι ὁλης ἐφθακεναι της κτισεως. και μαλιςα τοις δυναμενοις καταγειν την τȣ τηλικȣτȣ ȣρανȣ ἀδιαλειπτον κινησιν, ἀπο ἀνατολων ἐπι δυσμας συμπεριαγοντος ἑαυτῳ το τοσȣτο των ἀςερων πληθος, ἀξιον ἐςαι ζητησεως περι τȣ, τις ἡ ἐνυπαρχουσα δυναμις τοσαυτη, και τηλικαυτη τῳ παντι κοσμῳ. ἑτερον γαρ παρα τον πατερα και τον υἱον ταυτην τολμησαι εἰπειν, μηποτε ȣκ ἐςιν ἐυσεβες.

θρωπον κατα το θανατε δεκτικον· εκ ανθρωπον δε κατα το ανθρωπε θειοτερον. εγω δ' οιμαι και τον Μαρκιωνα παρεκδεξαμενον υγιεις λογες, αθετεντα αυτε την εκ Μαριας γενεσιν, κατα την θειαν αυτε φυσιν αποφηνασθαι, ως αρα εκ εγεννηθη εκ Μαριας, και δια τετο τετολμηκεναι περιγραψαι τετες τες τοπες απο τε ευαγγελιε ῳ παραπλησιον πεπονθεναι φαινονται οἱ αναιρεντες αυτε την ανθρωποτητα, και μονην αυτε την θεοτητα παραδεξαμενοι, οἱ τε τετοις εναντιοι, και την θεοτητα αυτε περιγραψαντες, τον δε ανθρωπον ως αγιον, και δικαιοτατον παντων ανθρωπων ὁμολογησαντες. και οἱ την δοκησιν δε εισαγοντες, τον ταπεινωσαντα αυτον μεχρι θανατε, και υπηκοον γενομενον μεχρι ςαυρε μη νοησαντες, μονον δε το απαθες το κρειττον παντος τοιετε συμπτωματος φανταςθεντες, αποςερειν ἡμας το ὁσον εφ' ἑαυτοις θελεσι τε παντων ανθρωπων δικαιοτατε ανθρωπε, ε δυναμενες δι' εκεινε σωζεσθαι· ως γαρ δι' ἑνος ανθρωπε ὁ θανατος, ετως και δι' ἑνος ανθρωπε ἡ της ζωης δικαιωσις. εκ αν χωρις τε ανθρωπε χωρησαντων ἡμων την απο τε λογε ωφελειαν, μενοντος ὁποιος ἡν την αρχην προς τον πατερα θεον, και μη αναλαβοντος ανθρωπον, τον παντων πρωτον, και παντων τιμιωτερον, και παντων μαλλον καθαρωτερον αυτον χωρησαι δυναμενον· μεθ' ὁν και ἡμεις δεξασθαι οἱοι τε αυτον εσομεθα, ἑκαςος τοσετον και τοιετον, ὁποιος ἡν, αυτῳ ποιεμεν και πηλικην χωραν εν τῃ ψυχῃ ἡμων. ταυτα δε μοι παντα ειρηται της εμφαινομενης διαφωνιας των ευαγγελιων παραςησαι θελοντι ὁδῳ της πνευματικης εκδοχης.

Εἰς δε τον αυτον τοπον και τοιετῳ παραδειγματι χρηςεον, ὁτι Παυλος ὁ μεν σαρκικος πεπρασθαι λεγει υπο την ἁμαρτιαν, και εδεν ανακρινειν οἱος τε ἡν· ὁ δε πνευματικος ανακρινειν παντα, και υπ' εδενος ανακρινεσθαι. και τε μεν σαρκικε εισι φωναι· ε γαρ ὁ θελω

τετο

hominem quidem propter illud, quod mortis est capax; cæterum non hominem, propter illud, quod homine est divinius. Ego autem arbitror etiam Marcionem respuentem doctrinam sanam, & rejicientem ipsius ex Maria ortum, enunciasse eum juxta divinam naturam genitum ex Maria non fuisse, & hanc ob causam ausum fuisse delere hos locos ex Evangelio: cui simile quiddam passi fuisse hi videntur, qui illius humanitatem tollunt, solam illius divinitatem admittentes, atque his contrarii, qui divinitatem ejus obliterant, hominem eum hominum omnium justissimum & sanctissimum fassi. Quin qui introducunt opinionem, quia non intellexerint eum, qui *seipsum ad mortem usque humiliavit obediens factus usque ad crucem*, & solam ejus eam partem, quæ perturbationibus vacat, quæque superior est quovis tali casu imaginaverunt, pro virili sua eo homine, qui hominum omnium sit justissimus, privare nos volunt, qui non possumus per ipsum servari: ut enim *per unum hominem mors*, sic *& per unum hominem* vitæ justificatio. Neque enim utilitatem percepissemus ex filio Dei, si remoto homine talis esset, qualis erat in principio apud Patrem Deum, neque hominem assumsisset, qui omnium primus, & omnibus honorabilior, ac longe omnibus purior valeret ipsum capere; post quem poterimus unusquisque nostrum tantum, ac talem, qualis erat, ipsum capere, si locum magnitudini ejus convenientem in anima nostra præparaverimus. Hæc autem omnia mihi dicta sunt declarare volenti, via spiritualis intelligentiæ, apparentem Evangeliorum dissonantiam.

5. In eundem autem locum hujusmodi etiam exemplo utendum est, scilicet Paulum carnalem se esse venditum sub peccato dicere, nec quidquam dijudicare posse; spiritualem vero omnia dijudicare posse, & a nemine judicari. Et carnalis quidem hæ sunt voces:

τουτο πρασσω, ἀλλ᾽ ὁ μισω, τουτο ποιω· του δε πνευματικου, ὁ θελω πρασσω, και ὁ μισω ου ποιω. ἀλλα και ὁ ἁρπαγεις ἑως τριτου ουρανου, και ἀκουσας ἀῤῥητα ῥηματα, ἑτερος ἠν παρα τον λεγοντα· περι του τοιουτου καυχησωμαι, ὑπερ δε ἐμαυτου ου καυχησομαι. εἰ δε και τοις Ιουδαιοις ὡς Ιουδαιος γινεται, ἱνα Ιουδαιους κερδηση· και τοις ὑπο νομον, ὡς ὑπο νομον, ἱνα τους ὑπο νομον κερδηση· τοισ τε ἀνομοις, ὡς ἀνομος, μη ὠν ἀνομος θεου, ἀλλ᾽ ἐννομος Χριστου, ἱνα κερδηση τους ἀνομους· και τοις ἀσθενεσιν ἀσθενης, ἱνα τους ἀσθενεις κερδηση, δηλον ὁτι ἐξεταστεον αὐτου τους λογους, ἰδιᾳ μεν τους Ιουδαιους, ἰδιᾳ δε ὁτι ἐστιν ὡς ὑπο νομον, και ἀλλοτε ὁτε ἐστιν ὡς ἀνομος, ἐσθ᾽ ὁτε δε ὁτε γινεται ἀσθενης. οἱον ἁ λεγει κατα συγγνωμην, ου κατ᾽ ἐπιταγην ἀσθενης ὠν λεγει· τις γαρ, φησιν, ἀσθενει, και ουκ ἀσθενω; ὁτε δε ξυρεται, και προσφοραν προσφερει, ἠ τον Τιμοθεον περιτεμνει, Ιουδαιος γινεται· ὁτε δε Αθηναιοις φησιν, εὑρον βωμον ἐν ᾡ ἐγεγραπτο, ἀγνωστῳ θεῳ· ὁ ουν ἀγνοουντες εὐσεβειτε, τουτο ἐγω καταγγελλω ὑμιν· και το· ὡς και τινες των καθ᾽ ὑμας ποιητων εἰρηκασι· του γαρ και γενος ἐσμεν, τοις ἀνομοις ὡς ἀνομος γινεται, εὐσεβειαν μαρτυρων τοις ἀσεβεστατοις, και τῳ εἰποντι· ἐκ διος ἀρχομεσθα· του γαρ και γενος ἐσμεν, καταχρησαμενος προς ἁ ἐβουλετο. ταχα δ᾽ ἐσθ᾽ ὁπου τοις μη Ιουδαιοις, ὑπο νομον δε, ὑπο νομον γινεται.

Ταυτα δε ου μονον εἰς τα περι του σωτηρος χρησιμα ἡμιν ἐστιν τα παραδειγματα, ἀλλα και εἰς τα περι των μαθητων, περι ὡν και αὐτων ἐστι τις κατα το ῥητον διαφωνια. ταχα γαρ τῃ ἐπινοιᾳ εὑρισκομενος ὑπο του ἰδιου ἀδελφου Σιμων Ανδρεου, και ἀκουων, συ κληθηση Κηφας,

voces: *Non enim quod volo, hoc facio c sed quod odi, hoc facio:* spiritualis vero: Quod volo, hoc facio, & quod odi, non facio. Quin etiam qui raptus fuit usque ad tertium cælum, & audivit arcana verba, diversus erat ab eo, qui dicebat: *Pro hac re gloriabor, pro me ipso autem non gloriabor.* Sin vero etiam Judæis fit quasi Judæus, ut Judæos lucrifaciat; & his qui sub lege erant, tanquam sub lege esset, ut eos, qui sub lege erant, lucrifaceret; & his qui sine lege erant, tanquam esset sine lege, cum non esset sine lege Deo, sed obnoxius legi Christi, ut lucrifaceret exleges; & infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaceret, perspicuum est inquirendas esse diligenter rationes hujus rei, idque privatim in singulis, sive cum efficitur tanquam Judæus, sive cum tanquam sub lege, sive cum est quasi sine lege, sive interdum etiam efficitur infirmus. Verbi gratia, illa quæ dicit propter veniam, non propter imperium, tanquam infirmus existens dicit: *Quis* enim, inquit, *infirmatur, & ego non infirmor?* Cum autem tondetur, & oblationem offert, vel Timotheum circumcidit, fit Judæus. Quando autem Athéniensibus inquit: *Inveni aram, in qua scriptum erat: Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego vobis annuncio;* & illud: *Sicut & quidam vestratium Poetarum dixerunt: Hujus enim & genus sumus*, his, qui sine lege erant, fit tanquam sine lege, pietatem testibus firmans impiissimis, & illo, qui dicit: *Ab Jove principium*, illo illius hemistichio, *Nam hujus progenies etiam sumus*, abusus ad id, quod volebat. Fortasse vero interdum his, qui non sunt Judæi, sed sub lege, fit sub lege.

6. Cæterum hæc exempla non solum utilia nobis sunt in rebus Servatoris, verum etiam in rebus discipulorum, de quibus etiam ipsis est quædam secundum textum dissonantia. Nam fortasse Simon, qui a suo fratre Andrea invenitur, & audit: *Tu vocaberis*

ἕτερος ἐςὶ παρα τον ὁρωμενον ἁμα τῳ ἀδελφῳ ὑπο του περιπατȣντος παρα την θαλασσαν της Γαλιλαιας Ιησȣ, και ἀκȣοντα ἁμα ἐκεινῳ τῳ Ανδρεᾳ, δευτε ὀπισω μȣ, και ποιησω ὑμας ἁλιεις ἀνθρωπων. ἐπρεπε γαρ τῳ θεῳ λογικωτερον ἀπαγγελλοντι περι τȣ γενομενου σαρκος λογου, και την γενεσιν δια τȣτο μη ἀναγραψψαντι τȣ ἐν ἀρχῃ προς τον θεον λογȣ, μηδε τον παρα τῃ θαλασσῃ εὑρημενον, και ἐνειθεν καλȣμενον εἰπειν, ἀλλα τον εὑρισκομενον ὑπο τȣ ἀδελφȣ μειναντος παρα τῳ Ιησȣ τῃ δεκατῃ ὡρᾳ, και δια το ὑτως εὑρισκεσθαι εὐθεως λαμβανοντα το Κηφας. ὁ γαρ ὁρωμενος ὑπο τȣ περιπατȣντος παρα την θαλασσαν της Γαλιλαιας μολις ποτε και ὑςερον λαμβανει το· συ εἶ Πετρος, και ἐπι ταυτῃ τῃ πετρᾳ οἰκοδομησω μȣ την ἐκκλησιαν. και ὁ μεν παρα τῳ Ιωαννῃ Ιησȣς γινωσκεται παρα τοις Φαρισαιοις βαπτιζων ἐν τοις μαθηταις αὐτȣ, βαπτιζων και μετα των ἀλλων ἐξαιρετων, και τȣτο ποιων· ὁ δε παρα τοις γ' Ιησȣς ὐδαμως βαπτιζει. ἐτι δε και ὁ Βαπτιςης Ιωαννης μεχρι πολλȣ παρα τῳ ὁμωνυμῳ εὐαγγελιςῃ διαρκει, μη βεβλημενος εἰς φυλακην. ὁ δε παρα τῳ Ματθαιῳ σχεδον Ιησȣ πειραζομενȣ εἰς την φυλακην παραδιδοται· δι' ὃν και ἀναχωρει ὁ Ιησȣς εἰς την Γαλιλαιαν περιϊςαμενος το γενεσθαι ἐν τῃ φυλακῃ· ἀλλα ὐδε εὑρισκεται ἐν τῳ Ιωαννῃ ὁ Βαπτιςης παραδιδομενος εἰς φυλακην. τις δ' ὑτως σοφος, και ἐπι τοσȣτον ἱκανος, ὡς παντα τον Ιησȣν ἀπο των τεσσαρων εὐαγγελιςων μαθειν, και ἑκαςον ἰδιᾳ χωρησαι νοησαι, και πασας αὐτȣ τας καθ' ἑκαςον τοπον ἰδειν ἐπιδημιας, και λογȣς, και ἐργα; και ἁ μεντοιγε κατα τον προκειμενον τοπον, ἀκολȣθως νομιζομεν τῃ ἑκτῃ ἡμερᾳ τον σωτηρα, ὁτε γεγενηται ἡ κατα τον γαμον οἰκονομια ἐν Κανᾳ της Γαλιλαιας, καταβεβηκεναι ἁμα τῃ μητρι, και τοις ἀδελφοις, και τοις μαθηταις εἰς την Καφαρναȣμ, ὁπερ ἑρμηνευεται, ἀγρος παρακλησεως. ἐχρην γαρ μετα την ἐν τῳ οἰνῳ εὐωχιαν και εἰς τον της παρακλησεως ἀγρον ἁμα τῃ μητρι, και τοις μαθηταις ἐληλυθεναι τον σωτηρα,

Cephas, cogitatione diversus est ab eo, qui videtur cum fratre a Jesu deambulante juxta mare Galilææ; diversus etiam ab eo, qui cum illo Andrea pariter audit: *Venite post me, & faciam vos piscatores hominum.* Decebat enim, ut qui renunciabat solidiori ratione de λογῳ (hoc est, de filio Dei), qui factus est caro, qui etiam ortum hanc ob causam non scripsit filii Dei existentis in principio apud Deum, ne inventum quidem apud mare, indeque vocatum dicere, sed narrare, inventum a fratre, qui mansit apud Jesum hora decima, qui etiam eo quod sic inventus fuerit, mox acceperit nomen Cephæ. Nam qui videtur a deambulante juxta mare Galilææ, vix aliquando etiam post illud accipit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Et Jesum quidem apud Joannem agnoscunt baptizare Pharisæi in discipulis ejus, cum aliis rebus præcipuis etiam hoc faciens: at apud tres Jesus haudquaquam baptizat. Insuper Baptista Joannes apud ejusdem nominis Evangelistam perseverat non conjectus in carcerem. Contra apud Matthæum fere tentato Jesu in carcerem traditur; quam ob causam secedit etiam Jesus in Galilæam, cavens trudi in carcerem: quando ne carceri quidem traditus invenitur Baptista apud Joannem. Proinde quis adeo sapiens, & in tantum idoneus est, ut totum Jesum ex quatuor Evangelistis discat, quique valeat unamquamque rem privatim agnoscere, omnesque Christi videre vel peregrinationes, vel sermones, vel opera? Ac convenienter quidem præsenti loco existimamus sexto die Servatorem, quando factum est negotium illud nuptiarum in Cana Galilææ, descendisse Capharnaum, quod interpretatur, ager consolationis, cum matre & fratribus & discipulis. Ad agrum namque consolationis post epulum illud vino celebre cum matre, cumque discipulis venire Servatorem necesse erat consolaturum discipulos, atque

eam

παρακαλεσοντα ἐπι τοις ἐν τῳ πληρει ἀγρῳ ἐσομενοις
καρποις τȣς μαθητευομενȣς και την συνειληφυιαν ψυχην
ἐκ τȣ ἁγιȣ πνευματος, ἢ τȣς ἐκει ὠφελημενȣς.

Ζητητεον μεντοιγε δια τι εἰς μεν τον γαμον ȣ̓ καλȣν-
ται οἱ ἀδελφοι αὐτȣ· ἀλλ' ȣ̓δε ἦσαν ἐκει, ȣ̓ γαρ εἰρη-
ται· εἰς δε την Καφαρναȣμ καταβαινȣσι μετ' αὐτȣ, και
της μητρος αὐτȣ, και των μαθητων. ἔτι δε ἐξεταστεον
δια τι νυν ȣ̓κ εἰσερχονται εἰς την Καφαρναȣμ, μηδε ἀνα-
βαινȣσιν εἰς αὐτην, ἀλλα καταβαινȣσιν. ὅρα ȣ̓ν εἰ ἐν-
ταυθα τȣς ἀδελφȣς ἀντι των συγκαταβεβηκυιων αὐτῳ
δυναμεων ἐκληπτεον, ȣ̓ καλȣμενων εἰς τον γαμον καθ'
ἁς εἴπαμεν διηγησεις, κατωτερω δε ἐν ὑποδεεστεροις των
χρηματιζοντων μαθητων τȣ Χριστȣ, και ἀλλȣ εἰδȣς ὠφε-
λημενων· ὅτι εἰ καλειται μητηρ αὐτȣ, εἰσι τινες καρ-
ποφορȣντες, προς ȣ̔ς αὐτȣς τε καταβαινει ὁ κυριος συν
τοις ὑπηρεταις τȣ λογȣ, και μαθηταις, τȣς τοιȣτȣς
ὠφελων, και της μητρος αὐτῳ συμπαρȣσης. ἐοικασι γε
οἱ καλȣμενοι Καφαρναȣμ μη χωρειν την ἐπιπλειον δια-
τριβην παρ' αὐτοις τȣ Ἰησȣ, και των συγκαταβαινον-
των αὐτῳ. ὅθεν μενȣσι μεν παρ' αὐτοις ȣ̓ μην πολλας
ἡμερας· τον γαρ περι πλειονων δογματων φωτισμον ὁ
της κατωτερω παρακλησεως ἀγρος ȣ̓ χωρει, ὀλιγωτε-
ρων τυγχανων δεκτικος. παραθετεον δε προς το θεωρη-
σαι διαφορας των ἐπιπλειον ἢ ἐλαττον δεχομενων τον
Ἰησȣν, ἐν τῳ· ἐκει ἔμειναν ȣ̓ πολλας ἡμερας, το ἐν τῳ
κατα Ματθαιον τῳ ἀνασταντι ἐκ νεκρων μεμαθητευμε-
νοις λεγομενον, και ἀποστελλομενοις μαθητευσαι παντα
τα ἐθνη, ȣ̔τως ἐχον· ἰδȣ, μεθ' ὑμων εἰμι πασας τας
ἡμερας, ἑως της συντελειας του αἰωνος· τοις μεν γαρ
παντα ὁσα ἐνδεχεται φυσιν ἀθρωπινην γνωναι ἔτι ἐν-
ταυθα τυγχανȣσαν εἰσομενοις λεγεται δεικτικως το·
ἐγω μεθ' ὑμων εἰμι· και περι πασης της ἐν τοις θεω-
ρȣμενοις ἀνατολης ἡμερας πλειονας ποιȣσης τοις μακα-
ριωτατοις το· πασας τας ἡμερας, ἑως της συντελειας

τȣ

eam animam, quæ ex Spiritu ſancto conceperat, & eos qui illic utilitatem perceperunt: conſolaturum, inquam, & fructibus in agro pléno futuris.

7. Quærendum attamen, quare ad nuptias fratres ejus non vocentur: ſed neque erant illic: nec enim dictum eſt: In Capharnaum autem deſcendunt cum ipſo, & matre ſua & diſcipulis. Inſuper quærendum, quare nunc non ingrediuntur Capharnaum, neque aſcendunt ad ipſam, ſed deſcendunt. Quare vide, an hoc in loco per fratres intelligendæ ſint hæ potentiæ, quæ cum ipſo deſcenderunt, quæ etiam ad nuptias vocatæ non ſunt ob ea, quæ prædiximus: cum infra, & in locis humilioribus juventur ii, qui Chriſti habentur diſcipuli, & alterius generis homines; quoniam, ſi vocatur mater ejus, ſint quidam proficientes & fructificantes, ad quos etiam deſcendit Dominus ipſe cum miniſtris verbi Dei & diſcipulis, tales adjuvans, matre ſibi etiam aſſiſtente. Sane qui appellantur Capharnaum, videntur non capere diuturniorem Jeſu, eorumque, qui cum ipſo deſcenderant, apud ſe conſuetudinem, unde manent quidem apud ipſos non multis diebus. Nam ager conſolationis infernæ non capit illuminationem de multis dogmatibus, rerum tenuium cum ſit capax. Præterea ut videamus differentiam eorum, qui plus vel minus ſuſcipiunt Jeſum, addendum eſt verbis illis: *Illic manſerunt non multis diebus*, illud quod dicitur a Domino reſuſcitato ex mortuis apud Matthæum, diſcipulis miſſis ad docendum omnes gentes, ſic habens: *Ecce ego vobiscum ſum omnibus diebus, usque ad conſummationem ſaculi.* Namque agnituris quidem omnia quæcunque agnoſcere poteſt humana natura, dum hic degit, (dicitur demonſtrative hoc: *Ego vobiscum ſum:* de omni vero ortu & illuminatione, quæ his exoritur, qui ſpeculantur,) quæque dies plures ob oculos ponit beatiſſimis, illud: *Omnibus diebus, usque ad conſumma-*

τȣ αἰωνος· περι δε των ἐν Καφαρναȣμ, προς ȣ̔ς, ὡς ὑποδεεςερȣς καταβαινȣσιν, ȣ̓ μονον ὁ Ιησȣς, ἀλλα και ἡ μητηρ αὐτȣ, και οἱ ἀδελφοι αὐτȣ, και οἱ μαθηται, ἐκει ἐμειναν ȣ̓ πολλας ἡμερας.

Εἰκος δε ȣ̓κ ἀλογως ζητησειν τινας, εἰ μετα πασας τας ἡμερας τȣτȣ τȣ αἰωνος ȣ̓κ ἐτι ἐςαι ὁ εἰπων· ἰδου ἐγω μεθ' ὑμων, μετα των χωρησαντων αὐτον, ἑως της συντελειας τȣ αἰωνος· το γαρ, ἑως, οἱονει περιγραφην τινα δηλοι χρονȣ. λεκτεον δε και προς τȣτο ὁτι ȣ̓ ταυτον ἐςι το, μεθ' ὑμων εἰμι, τῳ, ἐν ὑμιν εἰμι. ταχα ȣ̓ν κυριωτερον λεγοιμεν ȣ̓κ ἐν τοις μαθητευομενοις εἰναι τον σωτηρα, ἀλλα μετ' αὐτων, ὁσον τῳ νῳ ȣ̓κ ἐφθακασιν ἐπι την του αἰωνος συντελειαν. ἐπαν δε την του κοσμου ςαυρωθεντος αὐτοις την συντελειαν αὐτȣ ἐνςασαν το ὁσον ἐπι τῃ αὐτων παρασκευῃ θεωρησωσι, τοτε ȣ̓κ ἐτι μετ' αὐτων, ἀλλα ἐν αὐτοις γενομενȣ του Ιησου ἐρȣσι το, ȣ̓κ ἐτι ζω ἐγω, ζῃ δε ἐν ἐμοι Χριςος· και το, εἰ δοκιμην ζητειτε του ἐν ἐμοι λαλȣντος Χριςου; ταυτα δε λεγομεν τηρȣμενης πως ἰδιᾳ και της παριςασης ἐκδοχης το, πασας τας ἡμερας λεγεσθαι, τας ἑως συντελειας τȣ αἰωνος, κατα τα ἐφικτα τῃ ἀνθρωπινῃ φυσει καταλαβειν ἐτι ἐνταυθα τυγχανȣσῃ· ἐςι γαρ και ἐκεινης της ἑρμηνειας τηρȣμενης ἐπιςησαι τῳ, ἐγω, ἱνα ὁ μεν ἑως της συντελειας μετα των ἀποςελλομενων μαθητευειν παντα τα ἐθνη ᾐ ὁ κενωσας ἑαυτον, και την του δȣλȣ μορφην λαβων· ὡσπερει δε τȣτο ἑτερος ἐν τῃ καταςασει ὠν, τῃ προ τȣ κενωσαι ἑαυτον, μετα την συντελειαν τȣ αἰωνος, γενηται μετα τȣτων, ἑως ὑπο του πατρος τεθωσι παντες οἱ ἐχθροι αὐτȣ ὑποποδιον των ποδων αὐτȣ, μετα ταυτα ὁτε παραδιδωσιν ὁ υἱος την βασιλειαν τῳ θεῳ και πατρι, τȣ πατρος ἐρȣντος αὐτοις το· ἰδου ἐγω μεθ' ὑμων εἰμι. ποτερον δε, πασας ἡμερας ἑως τȣδε τȣ χρονȣ, ἡ ἁπλως, πασας τας ἡμε-

ρας,

summationem sæculi; de his autem, qui sunt in Capharnao, ad quos, utpote infra existentes, descendunt non solum Jesus, verum etiam mater ejus, & fratres ejus, & discipuli, dicitur: *Illic manserunt non multis diebus*.

8. Credibile autem est aliquos non sine causa quæsituros, an post omnes hujus sæculi dies non amplius futurus sit cum his, qui eum acceperint usque ad consummationem sæculi, ille, qui dixit: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consumationem sæculi*; nam particula, *usque*, veluti circumscriptionem quamdam denotat temporis. Proinde ad hoc etiam est dicendum, non idem esse, *Vobiscum sum*, &, In vobis sum. Quam ob rem fortasse magis proprie diceremus, non in discipulis Servatorem esse, sed cum ipsis, quantum mente non prævenerint consumationem sæculi. Cum vero instantem consumationem mundi viderint sibi crucifixi, quantum ad illorum conatum attinet, tunc non amplius cum ipsis, sed in ipsis existente Jesu, dicent illud: *Non amplius vivo ego, sed vivit in me Christus*: & illud: *An experimentum quæritis loquentis in me Christi?* Hæc autem dicimus, observata privatim a nobis aliquo modo ea expositione, quæ docet, *omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi* dici juxta ea, quæ humana natura comprehendere potest, dum hoc in mundo existit; nam possumus etiam servata illa interpretatione notare vocabulum, *Ego*, ut usque ad consummationem cum his, qui mittentur ad docendum omnes gentes, sit ille, qui evacuavit seipsum, forma servi sumta: tanquam autem ab hoc alius in statu præcedenti suam exinanitionem, post consummationem sæculi sit cum istis, *donec* a Patre *positi fuerint omnes inimici ejus subsellium pedum ejus* post hæc, *cum tradiderit* Filius *regnum Deo & Patri*, Patre dicente illis: *Ecce ego vobiscum sum.* Utrum vero omnibus diebus usque ad hoc tempus, an simpliciter

ρας, τȣδε πασας, αλλα πασαν, ἐνεςι σκοπει τῳ βȣλομενῳ. νυν γαρ ἡμας ȣκ απαιτει τα προκειμενα ἐπι τοσȣτον παρεκβηναι τȣ λογȣ.

Ο μεντοιγε Ηρακλεων το, μετα τȣτο κατεβη εἰς Καφαρναȣμ, αὐτος διηγȣμενος, αλλης παλιν οἰκονομιας ἀρχην φησι δηλȣσθαι, ȣκ αργως του, κατεβη, εἰρημενȣ· και φησι την Καφαρναȣμ σημαινειν ταυτα τα ἐσχατα τȣ κοσμȣ, ταυτα τα ὑλικα εἰς ἁ κατηλθε, και δια το ἀνοικειον, φησιν, εἰναι τον τοπον, ȣδε πεποιηκως τι λεγεται ἐν αὐτῃ, ἠ λελαληκως. εἰ μεν ȣν μηδε ἐν τοις λοιποις ἐυαγγελιοις πεποιηκως τι, ἠ λελαληκως ἐν τῃ Καφαρναȣμ ὁ κυριος ἡμων ἀνεγεγραπτο, ταχα ἀν ἐδιςαξαμεν περι τȣ παραδεξασθαι αὐτȣ την ἑρμηνειαν. νυνι δε ὁ Ματθαιος καταλιποντα φησι τον κυριον ἡμων την Ναζαρετ, ἐλθοντα κατῳκηκεναι εἰς Καφαρναȣμ την παραθαλασσιαν, και ἀπο τοτε ἀρχην τȣ κηρυσσειν πεποιησθαι λεγοντα, μετανοειτε, ἡγγικε γαρ ἡ βασιλεια των ȣρανων. ὁ δε Μαρκος ἀπο του προς τον διαβολον πειρασμȣ, μετα το παραδοθηναι τον Ιωαννην ἀπαγγελλει ἡμιν εἰς την Γαλιλαιαν κηρυσσοντα το ἐυαγγελιον τȣ θεȣ ἐληλυθεναι τον κυριον· και μετα την εἰς ἀποςολην ἐκλογην τον δ' ἁλιεων εἰσπορευονται εἰς Καφαρναȣμ, και ἐυθυς τοις σαββασιν ἐδιδασκεν εἰς την συναγωγην, και ἐξεπλησσοντο ἐπι τῃ διδαχῃ αὐτȣ. ἀλλα και πραξιν αὐτȣ ἀναγραφει γεγενημενην ἐν Καφαρναȣμ, ἐυθυς γαρ φησιν· ἐν τῃ συναγωγῃ αὐτων ἠν ἀνθρωπος ἐν πνευματι ἀκαθαρτῳ, και ἀνεκραξε λεγων· ἐα, τι ἡμιν και σοι Ιησȣ Ναζαρηνε; ἠλθες ἀπολεσαι ημας; οἰδαμεν σε τις εἰ, ὁ υἱος τȣ θεȣ. και ἐπετιμησεν αὐτῳ ὁ Ιησȣς λεγων· Φιμωθητι, και ἐξελθε ἐξ αὐτȣ· ὁτε και ἐσπαραξεν αὐτον το πνευμα το ἀκαθαρτον, και φωνησαν φωνῃ μεγαλῃ ἐξηλθεν ἐξ αὐτȣ· και ἐθαμβησαν ἁπαντες. και ἡ πενθερα Σιμωνος τȣ πυρετȣ ἀπαλλασσεται ἐν τῃ Καφαρναȣμ. προς τȣτοις ὁ Μαρκος φησι ἑσπερας γεγενημενης ἐν τῃ Καφαρναȣμ τεθεραπευσθαι παντας τȣς κακως ἐσχοντας και δαιμονιζομενȣς. και ὁ Λȣκας δε τα παραπλησια τῳ

Μαρκῳ

omnibus diebus, an non omnibus, sed omni, potest qui velit considerare. Nunc enim quæ proposita sunt, nos non permittunt usque adeo ab oratione digredi.

9. Sane Heracleon ipse enarrans: *Postea descendit in Capharnaum*, alterius rursus dispensationis principium inquit declarari, voce, *descendit*, non otiose dicta: & inquit Capharnao significari hæc extrema mundi, hæc materialia, ad quæ descendit. „Et quia „ non aptus, inquit, esset locus, nihil ea in civitate „ vel fecisse, vel loquutus fuisse dicitur. „ Quam ob rem si in reliquis Evangelistis scriptum fuisset, nihil in Capharnao Dominum nostrum vel fecisse vel dixisse, fortasse dubitassemus recipere ipsius interpretationem. Nunc autem Matthæus quidem Dominum nostrum, relicta Nazareth, profectum habitasse Capharnaum civitatem maritimam, & exinde initium prædicandi fecisse inquit, dicentem: *Resipiscite, instat enim regnum cælorum.* Marcus vero, postquam tentasset Dominum Diabolus, postquam traditus fuisset Joannes in carcerem, nobis annunciat Dominum advenisse in Galilæam prædicantem Evangelium Dei: ingrediuntur etiam Capharnaum post electionem quatuor piscatorum ad functionem muneris Apostolici, statimque sabbatis docuit in Synagoga, & obstupescebant super doctrina illius. Quin etiam actionem quandam eum fecisse in Capharnao scribit, statim enim inquit: *Erat in Synagoga eorum homo spiritui immundo obnoxius, & exclamavit dicens: Ah quid rei nobis tecum est Jesu Nazarene? venisti ad perdendum nos? novi te, quis sis, nimirum ille filius Dei. Et increpavit illum Jesus dicens: Obmutesce & exi ab homine. Et cum discerpsisset eum spiritus immundus, exclamassetque voce magna, exiit ab eo. Et obstupuerunt omnes.* Et socrus Simonis liberatur in Capharnao a febri. Ad hæc Marcus inquit vesperi curatos fuisse omnes male habentes, & qui a dæmoniis agitabantur. Quin etiam Lucas similia cum Marco

Μαρκῳ ἀπαγγελλει περι της Καφαρναουμ λεγων· και ηλθεν εἰς Καφαρναουμ πολιν της Γαλιλαιας. και ἠν διδασκων αὐτους ἐν τοις σαββασι, και ἐξεπλησσοντο ἐπι τη διδαχη αὐτου, ὁτι ἐν ἐξουσια ἠν ὁ λογος αὐτου. και ἐν τη συναγωγη ἠν ἀνθρωπος ἐχων πνευμα δαιμονιου ἀκαθαρτου, και ἀνεκραξε φωνη μεγαλη· ἐα, τι ἡμιν και σοι Ιησου Ναζαρηνε; ἠλθες ἀπολεσαι ἡμας; οἰδα σε τις εἰ, ὁ ἁγιος του θεου. και ἐπετιμησεν αὐτῳ ὁ Ιησους λεγων· φιμωθητι, και ἐξελθε ἀπ᾽ αὐτου. τοτε και ῥιψαν αὐτον το δαιμονιον εἰς μεσον, ἐξηλθεν ἀπ᾽ αὐτου μηδεν βλαψαν αὐτον. και μετα ταυτα ἀπαγγελλει ὡς ἀναστας ὁ κυριος ἀπο της συναγωγης εἰσηλθεν εἰς την οἰκιαν Σιμωνος, και ἐπιτιμησας τῳ ἐν τη πενθερᾳ αὐτου πυρετῳ ἀπηλλαξεν αὐτην της νοσου· μεθ᾽ ἡν θεραπευθεισαν δυντος, φησι, του ἡλιου παντες ὁσοι εἰχον ἀσθενουντας νοσοις ποικιλαις ἠγον αὐτους προς αὐτον· ὁ δε ἑνι ἑκαστῳ αὐτων τας χειρας ἐπιθεις ἐθεραπευεν αὐτους. ἐξηρχοντο δε και δαιμονια ἀπο πολλων κραυγαζοντα και λεγοντα, ὁτι συ εἰ ὁ υἱος του θεου· και ἐπιτιμων οὐκ εια αὐτα λαλειν, ὁτι ἠδεισαν χριστον αὐτον εἰναι. ταυτα δε παντα περι των ἐν Καφαρναουμ τῳ σωτηρι εἰρημενων και πεπραγμενων παρεστησαμεν ὑπερ του ἐλεγξαι την Ηρακλεωνος ἑρμηνειαν λεγοντος· δια τουτο οὐδε πεποιηκως τι λεγεται ἐν αὐτη, ἠ λελαληκως. ἠ γαρ δυο ἐπινοιας διδοτω και αὐτος της Καφαρναουμ, και παριστατω, και πεισατω ποιας· ἠ τουτο ποιησαι μη δυναμενος ἀφισασθω του λεγειν τον σωτηρα ματην τινι τοπῳ ἐπιδεδημηκεναι. και ἡμεις δε, θεου διδοντος, γενομενοι κατα τα τοιαυτα χωρια της συναναγνωσεως ὁπου δοξαι μηδεν ἠνυκεναι ἐπιδημησας χωριοις τισι, πειρασομεθα το μη ματαιον της ἐπιδημιας αὐτου τρανωσαι.

Ετι δε ὁ Ματθαιος εἰσελθοντος του κυριου εἰς της Καφαρναουμ φησι τον ἑκατονταρχον αὐτῳ προσεληλυθεναι λεγοντα· ὁ παις μου βεβληται ἐν τη οἰκιᾳ παραλυτικος δεινως βασανιζομενος, και ἀκηκοεναι μεθ᾽ ἑτερα εἰρημενα τῳ κυριῳ περι αὐτου το· ὑπαγε, και ὡς ἐπιστευσας γενηθητω

loquitur de Capharnao, dicens: *Et venit in Capharnaum civitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis. Et stupebant super doctrina ejus, quia cum potestate conjunctus erat sermo ipsius. Et in Synagoga erat homo habens spiritum dæmonis immundi, & exclamavit voce magna dicens: Eia, quid tibi nobiscum est Jesu Nazarene? venisti ad perdendum nos? scio te quis sis, Sanctus ille Dei. Et increpavit illum Jesus, dicens: Obmutesce & exi ab eo. Et cum projecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illi nocuit.* Et postea narrat, quomodo surgens Dominus e Synagoga ingressus est in domum Simonis, & cum increpasset febrim in socru ipsius, liberavit eam a morbo. Post quam liberatam, *Occidente*, inquit, *Sole omnes, qui habebant infirmos variis morbis, ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens sanabat eos. Exibant autem dæmonia a multis clamantia ac dicentia: Tu es ille filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui, quod sciebant ipsum esse Christum.* Hæc autem omnia docuimus ex his, quæ Servator vel dixit, vel fecit in Capharnao, ut redargueremus Heracleonis interpretationem, dicentis: „ Hanc ob „ causam Jesus dicitur neque fecisse aliquid in ea, aut „ loquutus fuisse. „ Aut enim considerationes duas urbi Capharnao tribuat etiam ipse, & doceat, & persuadeat qualesnam sint; aut hoc facere non valens, dicere cesset Servatorem frustra in aliquem locum advenisse. At nos (Deo dante) cum pervenerimus ad hunc textum, conabimur manifestare non vanum fuisse illius accessum, etiamsi ex lectione ferme appareat eum ad aliqua loca profectum nihil fecisse.

10. Præterea vero Matthæus ingrediente Domino in Capharnaum, inquit Centurionem ad ipsum accessisse dicentem: *Famulus meus decumbit domi paralyticus, ac graviter discruciatur*, & post alia, quæ Dominus de ipso dicit, audisse: *Vade, & sicut credidisti, fiat tibi:*

θητω σοι· και τα περι της του Πετρου πενθερας συμφωνα τοις αλλοις δυσι και αυτος παρεςησεν. ἡγȣμαι δε εἶναι φιλοτιμον, και πρεπον τῷ ἐν χρισῷ φιλομαθει συναγαγειν ἀπο των τεσσαρων ἐυαγγελιων παντα τα περι της Καφαρναȣμ ἀναγεγραμμενα, και τȣς ἐν αὐτῃ λογȣς, και ἐργα τȣ κυριȣ, και ὁσακις εἰς αὐτην ἐπιδεδημηκε, και ὡς ποτε μεν λεγεται καταβεβηκεναι εἰς αὐτην, ποτε δε εἰσεληλυθεναι, και ποθεν. ταυτα γαρ ἀλληλοις συντεθεντα ȣκ ἐασει ἡμας διαπεσειν εἰς την περι της Καφαρναȣμ ἐκδοχην. πλην εἰ και νοσȣντες ἐκει θεραπευονται, και ἀλλαι δυναμεις ἐκει γινονται, το τε κηρυσσειν, ἡγγικεν ἡ βασιλεια των ȣρανων, ἐκειθεν ἀρχεται, ἐοικεν εἶναι συμβολον, ὡς κατα τας ἀρχας ὑπεδειξαμεν, ὑποδεεςερȣ τινος χωριȣ παρακλησεως, ταχα δια τον Ιησȣν γινομενȣ, παρακαλεσαντα ἐφ᾽ οἷς ἐδιδαξε, και πεποιηκεν ἐκει τȣ τοπȣ χωριȣ παρακλησεως· ἰσμεν γαρ και τοπων ὀνοματα ἐπωνυμα τυγχανοντα τοις κατα τον Ιησȣν πραγμασιν· ὡσπερ τα Γεργεσα, ἐνθα παρεκαλεσαν αὐτον μεταβηναι ἐκ των ὁριων αὐτων οἱ των χοιρων πολιται, ἑρμηνευεται, παροικια ἐκβεβληκοτων. ἐτι δε και τȣτο περι της Καφαρναȣμ τετηρηκαμεν, ὁτι ȣ μονον ἐν αὐτῃ κηρυσσειν το, ἡγγικεν ἡ βασιλεια των ȣρανων, ἠρξατο· ἀλλα, κατα τȣς τρεις ἐυαγγελιςας, τας πρωτας δυναμεις ἐκει πεποιηκεν. ȣδεις δε των τριων ἐφ᾽ οἷς πρωτον ἀνεγραψε παραδοξοις ἐν τῃ Καφαρναȣμ γεγενομενοις την τȣ μαθητȣ Ιωαννȣ ἐπι τῳ πρωτῳ ἐργῳ σημεωσιν πεποιηται λεγοντος· ταυτην ἀρχην των σημειων ἐποιησεν ὁ Ιησȣς ἐν Κανᾳ της Γαλιλαιας. ȣ γαρ ἦν ἀρχη των σημειων το ἐν Καφαρναȣμ, τῳ προηγȣμενον μεν σημειων εἶναι τȣ υἱȣ τȣ θεȣ την ἐυφροσυνην· δια δε τα τοις ἀνθρωποις συμβεβηκοτα παραςατικον, ȣχ ȣτως την θεραπειαν ἐπιδεικνυμενȣ τȣ λογȣ το ἰδιον καλλος, ἐν τῳ θεραπευειν τȣς πεπονθοτας, ὁσον ἐν τῳ ἐυφραινειν τῳ νηφαλιῳ πωματι τȣς δια τȣ ὑγιαινειν και ἐυωχιᾳ σχολαζειν δυναμενȣς.

& de Petri socru consona aliis duobus etiam ipse docuit. Proinde honorificum, & Christi studioso decorum arbitror esse, colligere ex quatuor Evangeliis omnia, quæ de Capharnao sunt scripta, sermonesque in ea habitos, & opera Domini, & quoties ad ipsam accessit, & ut aliquando quidem descendisse ad ipsam dicitur, aliquando vero ingressus fuisse; & unde. Hæc enim inter se collata non sinent nos aberrare in his, quæ ad intelligentiam civitatis Capharnai pertinent. Cæterum etiamsi ægrotantes illic curentur, & aliæ virtutes illic fiant, inde tamen incipit Dominus prædicare, quod *instat regnum cœlorum:* id quod videtur signum esse (principio subostendimus) loci cujusdam humilioris, qui fortasse consolationis locus efficitur per Jésum dantem illi solamen ex his, quæ illic docuit, & fecit in loco, qui est Consolationis ager: scimus enim etiam locorum nomina ejusdem nominis esse cum rebus per Jesum factis; quemadmodum Gergesa urbs, ubi rogaverunt eum locorum illorum cives, ut e finibus suis discederet, interpretatione est, Habitatio ejicientium. Rursum de Capharnao hæc etiam observavimus, in ea non solum prædicare Dominum incepisse: *Instat cœlorum regnum;* verum (ut tres Evangelistæ ostendunt) primas illic etiam virtutes edidisse. Quorum nullus in his mirabilibus, quæ primum facta fuisse scripsit in Capharnao, imitatus est in notando primo miraculo discipulum Joannem dicentem: *Hoc initium signorum edidit Jesus in Cana Galilææ,* Neque enim erat initium signorum illud, quod editum fuit in Capharnao, eoquod præcipuum quidem signum filii Dei sit exhilaratio; at propter ea, quæ hominibus accidunt, sit repræsentativum; non tam per curationem verbo pulchritudinem suam ostentante, dum ægros curat; quam tum sobria potione eos exhilarat, quibus per valetudinem convivio interesse licet.

Και ἐγγυς ἠν το Πασχα των Ιȣδαιων. Την τȣ σοφωτα τȣ Ιωαννȣ ἐξεταζων ἀκριβειαν κατ᾽ ἐμαυτον, ἐζητην τι βȣλεται αὐτῳ ἡ προσθηκη, των Ιȣδαιων. ποιȣ γαρ ἀλλȣ ἐθνȣς ἐςιν ἑορτη το πασχα; διοπερ αὐταρκες ἠν εἰπειν· και ἠν ἐγγυς το πασχα. μη ποτε δε ἐπει το μεν τι ἐςι πασχα ἀνθρωπινον των μη κατα βȣλησιν της γραφης ἐπιτελȣντων αὐτο· το δε τι θειον, το ἀληθες, πνευματι και ἀληθεια ἐνεργȣμενον ὑπο των πνευματι και ἀληθεια προσκυνȣντων τον θεον ἀντιδιεςαλται προς τον θειον, το λεγομενον των Ιȣδαιων. ἀκȣσωμεν γȣν τȣ κυριȣ νομοτεθȣντος το πασχα, τι φησι, ὁτε και πρωτον ὠνομαςαι ἐν τῃ γραφῃ· και εἰπε κυριος προς Μωϋσην και Ααρων ἐν γῃ Αἰγυπτȣ λεγων· ὁ μην ȣ̔τος ὑμιν ἀρχη μηνων, πρωτος ἐςιν ὑμιν ἐν τοις μησι τȣ ἐνιαυτȣ. λαλησον προς πασαν συναγωγην υἱων Ισραηλ λεγων· τῃ δεκατῃ τȣ μηνος τȣτȣ λαβετωσαν ἑκαςος προβατον κατ᾽ οἰκȣς πατριων· και μετ᾽ ὀλιγα ἐν οἱς ȣ̓δεπω το πασχα ὀνομαςι εἰρητο ἐπιφερει· ȣ̔τω δε φαγεσθε αὐτο· αἱ ὀσφυες ὑμων περιεζωσμεναι, και τα ὑποδηματα ὑμων ἐν τοις ποσιν ὑμων, και αἱ βακτηριαι ἐν ταις χερσιν ὑμων, και ἐδεσθε αὐτο μετα σπουδες· Πασχα ἐςι τȣ κυριȣ· ȣ̓ γαρ φησι, Πασχα ἐςιν ὑμων. και μετ᾽ ὀλιγα δευτερον ȣ̔τως ὀνομαζειν την ἑορτην· και ἐςαι ἐαν λεγωσι προς ὑμας οἱ υἱοι ὑμων· τις ἡ λατρεια αὐτη; και ἐρειτε αὐτοις. θυσια το πασχα του κυριου, ὡς ἐσκεπασε τȣς οἰκȣς των υἱων Ισραηλ. και παλιν δε μετ᾽ ὀλιγα· εἰπε δε κυριος προς Μοϋσην και Ααρων λεγων· ȣ̔τος ὁ νομος τȣ πασχα· πας ἀλλογενης ȣ̓κ ἐδεται ἀπ᾽ αὐτȣ. και παλιν μετ᾽ ὀλιγα· ἐαν δε τις προσελθῃ προς ὑμας προσηλυτος, και ποιῃ το πασχα κυριου, περιτεμειται αὐτȣ παν ἀρσενικον. παρατηρητεον δε ὁτι ἐν τῃ νομοθεσια ȣ̓δαμȣ λεγεται, Πασχα ὑμων, ἀλλ᾽ ἀπαξ μεν ἐν οἱς προεθεμεθα χωρις πασης προσθηκης, τρις δε, το Πασχα τȣ κυριȣ. προς δε το παραδεξασθαι

11. *Et proximum erat Pascha Judæorum.* Sapientissimi Joannis diligentiam mecum reputans, quærebam, quid sibi velit additamentum, *Judæorum.* Quæ enim alia gens habet paschatis solemnitatem? Quocirca cum suffecisset dicere: Et in propinquo erat pascha, vide, ne forte pascha Judæorum dicatur ad differentiam paschatis divini: quandoquidem alterum est pascha humanum, nempe eorum, qui non celebrant illud ex voluntate Scripturæ: alterum vero divinum; verum scilicet, quod spiritu & veritate perficitur ab his, qui Deum spiritu & veritate adorant. Audiamus igitur Domini de paschate legem sancientis verba, quando etiam primum nominatum fuit in Scriptura: *Et loquutus est Dominus ad Moysen, & Aaron in terra Ægypti dicens: [Mensis iste vobis initium mensium erit: primus erit vobis in mensibus anni. Loquere ad universum cœtum filiorum Israel, dicens:] Decima mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas:* & post pauca, in quibus nondum pascha nomitim dictum fuerat, subjungit: *Sic autem illum comedetis: Renes vestri circumcincti erunt, & calceamenta vestra in pedibus vestris, & baculi in manibus vestris, & comedetis ipsum cum festinatione: Pascha est Domini:* nec enim dicit: Pascha est vestrum. Et paulo post sic iterum nominat solemnitatem: *Et erit, si dixerint vobis filii vestri: Quæ est ista religio? dicetis ad eos: Victima est pascha Domini, quoniam protexit domos filiorum Israel.* Rursumque post pauca: *Locutus est autem Dominus ad Moysen, & Aaron dicens: Hæc est lex paschatis: Omnis alienigena ex eo non comedet.* Et rursus post pauca: *Si quis autem accesserit ad vos proselytus, & fecerit pascha Domini, circumcidetis omne ipsius masculinum.* Cæterum illud obsetvandum est, quod in legis sanctione nullibi dicatur, Pascha vestrum, sed in his, quæ citavimus, semel tantum, *Pascha*, absque ullo additamento, & ter, *Pascha Domini.* Ut vero confirmemus

hoc

ξασθαι τȣθ' ȣ̓τως ἐχειν περι της διαφορας του πασχα κυριȣ, και πασχα Ιȣδαιων, ἰδωμεν και τα ἐν τῳ Ησαϊα τȣτον τον τροπον εἰρημενα: τας νȣμηνιας ὑμων, και τα σαββατα, και ἡμεραν μεγαλην ȣ̓κ ἀνεχομαι· νηςειαν, και ἀργιαν, και τας νȣμηνιας ὑμων, και τας ἑορτας ὑμων μισει ἡ ψυχη μȣ ȣ̓κ ἰδια γαρ ἑαυτȣ φησιν ὁ κυριος τα ὑπο των ἁμαρτανοντων ἐπιτελȣμενα, ὑπο της ψυχης αὐτȣ, εἰ τις ποτε ἐςι, μισȣμενα, ȣ̓τε τας νȣμηνιας, ȣ̓τε τα σαββατα, ȣ̓τε ἡμεραν μεγαλην, ȣ̓τε νηςειαν, ȣ̓τε τας ἑορτας. ἐν μεντοιγε τῃ νομοθεσιᾳ της Εξοδȣ περι σαββατȣ ταυτα λεγεται· εἰπε δε Μοϋσης προς αὐτȣς· τȣτο το ῥημα ὁ ἐλαλησε κυριος· σαββατα ἀναπαυσις ἁγια τῳ κυριῳ. και μετ' ὀλιγα· εἰπε δε ὁ Μωϋσης· Φαγετε, σημερον γαρ ἐςι σαββατα τῳ κυριῳ. και ἐν Αριθμοις προ τȣτων ἐφ' ἑκαςῃ ἑορτῃ θυσιων, ὡς ἑορτης ȣ̓σης κατα τον νομον του ἐνδελεχισμου, και ἑκαςης ἡμερας, ταυτα γεγραπται· και ἐλαλησε κυριος προς Μωϋσην ἀπαγγειλαι τοις υἱοις Ισραηλ, και ἐρεις προς αὐτȣς λεγων· τα δωρα μȣ, δοματα μȣ, καρπωματα μȣ εἰς ὀσμην εὐωδιας διατηρησετε προσφερειν μοι ἐν ταις ἑορταις μου. και ἐρεις προς αὐτȣς· ταυτα τα καρπωματα, ὁσα προσαξετε τῳ κυριῳ. ἰδιας γαρ ἑορτας ὠνομασε, και ȣ̓ των νομοθετȣμενων, τας ἐκκειμενας ἐν τῃ γραφῃ, και δωρα αὐτȣ, και δοματα αὐτȣ. ὁμοιον δε τι τȣτοις ἐςι και περι το λαου ἐν τῃ Εξοδῳ ἀναγεγραμμενον, ὁςις ὑπο του θεου ἰδιος εἰναι λεγεται, ὁτε μη ἁμαρτανει· ἀποκηρυττων δε αὐτον ἐν τῃ μοσχοποιϊᾳ λαον Μωϋσεως ὠνομασε· προς γαρ μεν τον Φαραω ἐρεις, φησι, ταδε λεγει κυριος· ἐξαποςειλον τον λαον μȣ, ἱνα λατρευσῃ μοι ἐν τῃ ἐρημῳ· ἐαν δε μη βȣλῃ ἐξαποςειλαι τον λαον μȣ, ἰδȣ ἐγω ἐξαποςελλω ἐπι σε, και ἐπι τȣς θεραποντας σȣ, και ἐπι τον λαον σȣ, και ἐπι τȣς οἰκȣς σȣ κυνομυιαν, και πληθησονται αἱ οἰκιαι των Αἰγυπτιων της κυνομυιας, και εἰς την γην ἐφ' ἡς εἰσιν ἐπ' αὐτης· και παραδοξασω τῃ ἡμερᾳ ἐκεινῃ την γην Γεσεμ, ἐφ' ἡς ὁ λαος μȣ ἐπεςιν ἐπ' αὐτης, ἐφ' ᾡ ȣ̓κ ἐςι

hoc sic se habere de differentia paschatis Domini & paschatis Judæorum, videamus quæ in Esaia hunc in modum sunt scripta: *Novilunia vestra, & sabbata, & diem magnam non tolero: jejunium & segnitium, & novilunia vestra, & festivitates vestras odit anima mea.* Minime enim ad seipsum proprie pertinere inquit Dominus, quæ a peccatoribus perficiuntur, [ab anima ejus, si quæ tandem illa est, odio habita,] non novilunia, non sabbata, non diem magnam, non jejunium, non festivitates. Rursum in legislatione Exodi hæc de Sabbato dicuntur, *Dixit autem Moyses ad eos: Hoc est verbum, quod locutus est Dominus: Sabbata requies sancta erunt Domino.* Et post pauca: *Dixit autem Moyses: Comedite, hodie enim sunt sabbata Domino.* Et in Numeris ante hac victimas, quæ offeruntur in singulis festivitatibus, perinde quasi singuli dies festi sint juxta legem Endelechismi (id est jugis oblationis), hæc scripta sunt: *Et locutus est Dominus ad Moysen: Renuntia filiis Israel, & loquere ad eos dicens: Dona mea, munera mea, oblationes meas in odorem suavitatis perseverabitis offerre mihi in festivitatibus meis. Et dices eis: Hæ sunt oblationes, quas offeretis Domino.* Quæ enim expositæ sunt in Scriptura festivitates, suas, non eorum, quibus lex traditur, appellavit; & dona sua suaque munera. His autem quiddam simile scriptum est in Exodo de populo, quem Dominus non peccantem suum esse cum dixisset, rursus eundem, quia vitulum conflasset, abdicans, Moysis popolum nominavit. *Ad Pharaonem* enim, inquit, *dices: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi in deserto: si vero nolueris dimittere populum meum, ecce ego mittam in te, & in servos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas muscas caninas, & implebuntur domus Ægyptiorum muscis caninis, & in terram, in qua sunt, in ea immittam: & glorificabo in die illa terram Gesem, in qua populus meus inest, eatenus ut in illa non sit musca*

canina:

κυνομυια, ἱνα εἰδῃς ὁτι ἐγω εἰμι κυριος ὁ κυριος πασης της γης· και δωσω διαϛολην ἀνα μεσον του ἐμου λαου. προς δε τον Μοϋσεα ἐλαλησε κυριος λεγων· βαδιζε, καταβηθι το ταχος, ἠνομησε γαρ ὁ λαος σȣ, ὃς ἐξηγαγης ἐκ γης Αἰγυπτȣ. ὡσπερ ȣ̓ν ὁ λαος μη ἁμαρτανωμεν, του Θεου ἐϛιν, ἁμαρτανων δε ȣ̓κ ἐτι λεγεται εἰναι αὐτȣ· ȣ̔τω και αἱ ἑορται, ὁτε μεν μισȣνται ὑπο της τȣ κυριȣ ψυχης, των ἁμαρτανοντων εἰσιν ἑορται· ὁτε δε ὑπο τȣ κυριȣ νομοθετȣνται, κυριȣ εἰναι προσαγορευονται. των δε ἑορτων μια ἐϛι και το πασχα, ὁπερ ἐν τῃ προκειμενῃ του ἐυαγγελιου γραφῃ, ȣ̓ τȣ κυριȣ, ἀλλα των Ιȣδαιων εἰναι λεγεται· και ἀλλαχȣ δε, αὑται, φησιν, αἱ ἑορται κυριȣ, ἁς καλεσετε αὐτας κλητας ἁγιας. ἀπο μεν ȣ̓ν της του κυριου φωνης ȣ̓κ ἐϛιν ἀντιλεγειν οἱς παρεϛησαμεν. πιθανως δε τις ἀπο τȣ Αποϛολȣ ζητησει ἐν τῃ προς Κορινθιȣς ἀναγραφοντος· και γαρ το Πασχα ἡμων ὑπερ ἡμων ἐτυθη Χριϛος· ȣ̓ γαρ φησι, το Πασχα κυριȣ ἐτυθη Χριϛος. και προς τȣτο δε λεκτεον ἠτοι ὁτι ἁπλȣϛερον πασχα ἡμων τυθεν το δἰ ἡμας τυθεν εἰρηκεν, ἠ ὁτι πασα ἑορτη ἀληθως κυριȣ, ὡν μια ἐϛι το πασχα, ȣ̓κ ἐν τȣτῳ τῳ αἰωνι, ȣ̓δε ἐπι γης, ἀλλ' ἐν τῳ μελλοντι, και ἐν ȣ̓ρανοις, ἐνϛασης της βασιλειας των ȣ̓ρανων ἐπιτελεσθησεται. και περι ἐκεινων γε των ἑορτων ὁ μεν εἱς των ιβ' προφητων φησι· τι ποιησετε ἐν ἡμεραις πανηγυρεως, και ἐν ἡμεραις ἑορτης του κυριȣ; ὁ δε Παυλος ἐν τῃ προς Εβραιους· ἀλλα προσεληλυθατε Σιων ὀρει, και πολει θεȣ ζωντος, Ιερȣσαλημ ἐπȣρανιῳ, και μυριασιν ἀγγελων, πανηγυρει, και ἐκκλησιᾳ πρωτοτοκων ἀπογεγραμμενων ἐν ȣ̓ρανοις. και ἐν τῃ προς Κολασσαεις· μη ȣ̓ν τις ὑμας κρινετω ἐν βρωσει, και ἐν ποσει, ἠ ἐν μερει ἑορτης, ἠ νȣμηνιας, ἠ σαββατων, ἁ ἐϛι σκια των μελλοντων.

Τινα δε τροπον ἐν τοις ἐπȣρανιοις, ὡν σκια παρα τοις σωματικοις Ιȣδαιοις ἠν, ἑορτας οἱ μεν ὑπο τον ἀληθη προτερον παιδαγωγουμενοι νομον παρα ἐπιτροποις

και

tanina: ut scias quoniam ego sum Dominus, Dominus universa terra. Et dabo differentiam inter populum meum. Ad Moysen autem locutus est Dominus dicens: Vade, descende celeriter, impie enim gessit populus tuus, quos eduxisti ex terra Ægypti. Quam ob rem ut populus non peccans, populus Dei est; peccans autem non item: ita & festivitates, cum Domini anima eas prosequitur odio, peccantium sunt festivitates; cum vero eas Dominus sancit, Domini esse dicuntur. Verum festivitatum una est etiam pascha, quod in Evangelii proposita scriptura, non Domini, sed Judæorum pascha dicitur. Rursus alibi inquit: *Hæ sunt Domini festivitates, quas ipsas vocabitis sanctas.* Ex Domini itaque voce non licet his, quæ docuimus, contradicere. Verum ex Epistola ad Corinthios probabiliter aliquis quærat, cur Apostolus scribat: *Etenim Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus:* non enim ait: Pascha Domini immolatus est Christus. Ad quæ dicendum est, vel Apostolum dixisse simplicius, pascha nostrum immolatum quod pro nobis fuit, vel omnem eam festivitatem, quæ re vera sit Domini, quarum una est pascha, non in hoc sæculo, neque super terram, sed in futuro, & in cœlis, instante cœlorum regno, celebratum iri. Quin de festivitatibus illis unus duodecim Prophetarum inquit: *Quid facietis in diebus celebritatis, & in diebus festivitatis Domini?* Et in Epistola ad Hebreos Paulus: *Sed accessistis ad montem Sion, & ad civitatem Dei viventis, Jerusalem supercœlestem, & ad myriadas Angelorum, nempe ad celebritatem, & Ecclesiam primogenitorum scriptorum in cœlis.* Et in Epistola ad Colossenses: *Non igitur judicet aliquis vos in cibo, & in potu, aut in parte diei festi, aut in novilunio, vel sabbatis, quæ sunt umbra futurorum.*

12. Porro autem, quonam pacto festivitates (quarum umbra apud Judæos corporales erat) perfectionemque filii Dei percepturi simus in supercœlestibus,

sub

και οἰκονομοις, ἑως το ἐκει πληρωμα τȣ χρονȣ ἐνςῃ, και την τελειοτητα τȣ υἱȣ τȣ θεȣ χωρησωμεν, ἐργων σοφιας της ἐν μυςηριῳ ἀποκεκρυμμενης ἐςι φανερωσαι, και τα περι βρωματων νομοθετȣμενα συμβολα των ἐκει μελλοντων τρεφειν, και ἰσχυροποιειν ἡμων την ψυχην τυγχανοντα θεωρειν. εἰκῃ δε φαντασιωθεντα τινα το πελαγος των τοσȣτων νοηματων, και βȣλομενον σωσαι πως ἡ κατα τοπον λατρεια ὑποδειγμα και σκια ἐςι τȣ ἐπȣρανιων, τα τε θυματα, και το προβατον νοησαι βȣλομενον, προκοψαι και τῳ Αποςολῳ ἐπαραι μεν ἡμων το φρονημα βȣληθεντι ἀπο των γηΐνων περι τȣ νομȣ δογματων, ȣ̓ πανυ δε παραςησαντι πως ταυτα μελλει γινεσθαι. ἐαν δε και ἑορται ὡν μια το πασχα ἐςι, και ἐπι τον μελλοντα ἀναγονται αἰωνα, ἐτι μαλλον ἐπισκοπητεον πως και νυν το πασχα ἡμων ἐτυθη χριςος, και μετα ταυτα τυθησεται.

Ολιγα δε εἰς την ἐπαπορησιν των δογματων παραθετεον ἡμων ἰδιας δεομενων πραγματειας ἐξαιρετȣ και πολυβιβλȣ, παντος τε του κατα νομον μυςικȣ λογȣ, και ἰδιᾳ των κατα τας ἑορτας, και ἐτι ἰδικωτερον περι του πασχα. Ιȣδαιων μεν ȣ̓ν το πασχα προβατον ἐςι θυομενον, λαμβανομενον ἑκαςῳ κατ᾽ οἰκȣς πατριων, και ἐπιτελȣμενον μυριασι σφαζομεναις ἀμνων και ἐριφων, πλειοσι κατα την ἀναλογιαν τȣ ἀριθμȣ των οἰκων του λαου· το δε ἡμων ὑπερ ἡμων πασχα ἐτυθη χριςος. και παλιν ἐκεινων μεν ἐςι τα ἀζυμα, ἀφανιζομενης πασης ζυμης ἐκ των οἰκων αὐτων· ἡμεις δε ἑορταζομεν, ȣ̓ ζυμῃ παλαιᾳ, ȣ̓δε ζυμῃ κακιας και πονηριας, ἀλλ᾽ ἐν ἀζυμοις εἰλικρινειας και ἀληθειας. εἰ δε ἐςι τι τριτον παρα τα εἰρημενα δυο πασχα του κυριου και ἀζυμων ἑορτη,

ἀκριβεςερον

ſub illam veram legem primum puerorum more inſtructi apud curatores & œconomos, donec aderit ea temporis plenitudo, quæ illic eſt, officium eſt illius ſapientiæ, quæ in myſterio abſcondita fuit, manifeſtare & contueri, quæ de cibis lege ſanciuntur, quæ ſymbola ſunt eorum, quæ illic nutritura ſunt, fortemque redditura animam noſtram. At vero aliquem temere imaginatum fuiſſe tantarum intelligentiarum pelagus, volentemque ſervare quomodo cultus præſentis loci ſpecimen atque umbra ſit ſupercœleſtium, volentemque intelligere victimas & ovem, præcedere ac ſuperare erit Apoſtolum, qui prudentiam quidem noſtram erigere voluit a dogmatibus de lege terrenis, parum tamen oſtendit quomodo futura ſint hæc. Sin vero etiam feſtivitates, quarum una eſt paſcha, ad futurum ſæculum reducuntur, adhuc magis conſiderandum eſt quomodo etiam nunc paſcha noſtrum immolatus ſit Chriſtus, & in poſterum immolabitur.

13. Cæterum ad hanc dogmatum noſtrorum perplexitatem pauca ſunt nobis addenda, quæ tractatu egerent præcipui ac magni libri, quæque omnino requirerent myſticam in lege exiſtentem rationem, & præſertim rerum earum rationem, quæ ſunt in feſtivitatibus, atque etiam magis præcipuæ eorum, quæ ad paſcha pertinent. Quocirca Judæorum quidem paſcha, ovis eſt, quæ immolatur, quam ſinguli ſibi ſumunt per domos familiarum, & perficitur cum pluribus myriadibus agnorum & hœdorum occiſis, juxta proportionem numeri domorum populi: noſtrum vero paſcha pro nobis immolatus eſt Chriſtus. Rurſus illi azyma habent, ceſſare facientes de domibus ſuis omne fermentum: nos autem feſtivitates agimus *non in fermento vetere, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis.* An vero præter illa duo, quæ diximus, ſit quoddam tertium

ἀκριβεςερον ἐξεταςεον δια το ὑποδειγματι και σκια λατρευειν ἐκεινες των ἐπερανιων ἐκεινων, και ἐ μονον βρωματα, και πομαρα, και νεομηνιας, και σαββατα, ἀλλα και τας ἑορτας σκιαν εἰναι των μελλοντων πρωτον δη του ἀποςολε λεγοντος· το πασχα ἡμων ἐθυθη χριςος, ἐπαπορησει τις προς αὐτον ταυτα· εἰ τυπος ἐςι της χριςε θυσεως το παρα Ιεδαιοις προβατον, ἤτοι ἐχρην ἑν, και μη πολλα θυεσθαι παρ' αὐτοις προβατα, ὥσπερ εἱς ἐςιν ὁ χριςος· ἡ πολλων θυομενων προβατων, οἱονει πολλες χριςες θυομενες ἀκολεθως τῳ τυπῳ. ζητητεον, ἱνα δε τετο παραπεμψωμεθα, πως το θυομενον προβατον χριςε περιεχει οἰκονομιας, τε μεν προβατε ὑπο των τηρεντων τον νομον θυομενε, χριςε δε ὑπο των παραβαινοντων αὐτον ἀναιρεμενε· ἐτι δε πως ἐπι χριςε το· φαγονται τα κρεα ταυτῃ τῃ νυκτι ὀπτα πυρι, και ἀζυμα ἐπι πικριδων ἐδονται, ἑρμηνευτεον, και το· ἐκ ἐδεσθε ἀπ' αὐτων ὠμον, ἐδε ἡψημενον ἐν ὑδατι, ἀλλ' ἡ ὀπτα πυρι· κεφαλην συν τοις ποσι και τοις ἐνδοσθιοις· ἐκ ἀπολειψετε ἀπ' αὐτων ἑως πρωι, και ὀςεν ἐ συντριψετε ἀπ' αὐτων· τα δε καταλειπομενα ἀπ' αὐτων ἑως πρωϊ, κατακαυσετε. ἐοικε δε τῳ, ὀςεν ἐ συντριψετε ἀπ' αὐτε, ὁ Ιωαννης ἐν τῳ ἐυαγγελιῳ κεχρησθαι, ὡς ἀναφερομενῳ ἐπι την περι τον σωτηρα οἰκονομιαν, και ὁτε ἐν τῳ νομῳ κελευονται το προβατον ἐσθιοντες ὀςεν αὐτε μη συντριβειν. λεγει δε ἐτως· ἠλθον ἐν οἱ ςρατιωται, και τε μεν πρωτε κατεαξαν τα σκελη, και τε ἀλλε τε συςαυρωθεντος αὐτῳ· ἐπι δε τον Ιησεν ἐλθοντες, ὡς εἰδον ἠδη αὐτον τεθνηκοτα, ἐ κατεαξαν αὐτε τα σκελη, ἀλλ' εἱς των ςρατιωτων λογχῃ την πλευραν αὐτε ἐνυξε. και ἐξηλθεν ἐυθυς αἱμα και ὑδωρ. και ὁ ἑωρακως μεμαρτυρηκε, και ἀληθινη αὐτε ἐςιν ἡ μαρτυρια· και ἐκεινος οἰδεν ὁτι ἀληθη λεγει, ἱνα και ὑμεις πιςευητε. ἐγενετο γαρ ταυτα, ἱνα ἡ γραφη πληρωθῃ· ὀςεν αὐτε ἐ συντριβησετε. και ἀλλα δε μυρια παρα ταυτα ἐςι τα προς την τε ἀποςολε λεξιν

ἀναζητη-

pascha Domini & festivitas azymorum, accuratius examinandum est, eoquod illa exemplo, & umbræ rerum supercœlestium serviant, nec tantum cibi, & vasa, & novilunia, & sabbata, sed etiam festivitates umbræ sint futurorum. Primum igitur Apostolo dicente: *Pascha nostrum immolatus est Christus*, de hisce dubitabit aliquis, dicens: Si ovis apud Judæos figura erat immolationis Christi, vel oportuisse unam, non plures oves immolari, quemadmodum unus est Christus; vel cum multæ immolarentur oves, multos etiam (ut ita loquar) immolandos fuisse Christos consequenter figuræ. Ut autem hoc prætermittamus, quærendum est quomodo ovis, quæ immolatur, contineat Christi imaginem; cum hæc quidem immoletur ab iis, qui servant legem, Christus vero interimatur ab his, qui eam transgrediuntur. Inquirendum est etiam, quomodo de Christo illud interpretandum sit: *Edent carnes hac nocte assas igni, & azyma edent cum intybis*; & illud: *Non comedetis ex eis crudum, neque elixatum aqua, sed tantum assa igni: caput cum pedibus, & intestinis (comedetis), nec relinquetis ex eis usque mane, & os non comminuetis ex eis; & quæ ex eis residua erunt usque mane, comburetis.* Videtur autem in Evangelio Joannes uti hoc dicto, *Os non comminuetis ex eo*, perinde quasi referatur ad œconomiam Servatoris, & ad illud tempus, quando in lege jubentur ovem comedentes os non conterere. Dicit autem sic: *Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui cum eo crucifixus erat: ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus fodit. Et continuo effluxit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus. Et ille scit, quod vera dicat, ut & vos credatis. Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo.* Quin alia innumera sunt præter

ἀναζητηθησομενα, και περι τȣ πασχα, και των ἀζυμων, ἐξεταϑησομενα δε, ὡς προειρηκαμεν, προηγȣμενης πολυβιβλȣ συγγραφης. νυν δε ὡς ἐν ἐπιτομῃ δια την προκειμενην λεξιν, ταυτα παραϑεμενοι, τα φαινομενα ὡς ἐν βραχεσιν ȣτω λυειν πειρασομεθα, ὑπομνηϑεντες και τȣ ȣτος ἐςιν ὁ ἀμνος τȣ Θεȣ, ὁ αἰρων την ἁμαρτιαν τȣ κοσμȣ, ἐπει και ἐν τῳ πασχα ἀπο των ἀμνων, φησι, και των ἐριφων ληψεσϑε. δοξει και ὁ ἐυαγγελιςης συναδων τῳ Παυλῳ τοιαυταις ἐνεχεσϑαι των ἐξητασμενων ἀποριαις. λεκτεον δε ὁτι, εἰ ὁ λογος γεγονε σαρξ, και φησιν ὁ κυριος, ἐαν μη φαγητε την σαρκα τȣ υἱȣ τȣ ἀνϑρωπȣ, και πϊητε αὐτȣ το αἱμα, ȣκ ἐχετε ζωην ἐν ἑαυτοις. ὁ τρωγων μου την σαρκα, και πινων μου το αἱμα, ἐχει ζωην αἰωνιον· κἀγω ἀναςησω αὐτον ἐν τῃ ἐσχατῃ ἡμερᾳ· ἡ γαρ σαρξ μου ἀληϑης ἐςι βρωσις, και το αἱμα μȣ ἀληϑης ἐςι ποσις· ὁ τρωγων μου την σαρκα, και πινων μȣ το αἱμα, ἐν ἐμοι μενει, κἀγω ἐν αὐτῳ, μηποτε αὐτη ἐςιν ἡ σαρξ τȣ αἰροντος την ἁμαρτιαν τȣ κοσμȣ ἀμνȣ, και τȣτ᾽ ἐςι το αἱμα ἀφ᾽ ȣ τιϑεναι δει ἐπι των δυο ςαθμων, και ἐπι την φλιαν ἐν τοις οἰκοις, ἐν οἱς ἐσϑιομεν το πασχα, και ἀπο των τȣ ἀμνȣ τȣτȣ δει φαγειν κρεων ἐν τῳ τȣ κοσμȣ χρονῳ, ὁς ἐςι νυξ· ὀπτα δε τα κρεα πυρι βρωτεον μετα τȣ ἀπο ἀζυμων ἀρτȣ, ὁ γαρ τȣ Θεȣ λογος ȣ μονον ἐςι σαρξ, φησι γȣν· ἐγω εἰμι ὁ ἀρτος της ζωης· και, ȣτος ἐςιν ὁ ἀρτος ὁ ἐκ τȣ ȣρανȣ καταβαινων, ἱνα τις ἐξ αὐτȣ φαγῃ, και μη ἀποθανῃ. ἐγω εἰμι ὁ ἀρτος ὁ ζων, ὁ ἐκ τȣ ȣρανȣ καταβας· ἐαν τις φαγῃ ἐκ τȣτȣ τȣ ἀρτȣ, ζησει εἰς τον αἰωνα. ȣκ ἀγνοητεον μεντοιγε ὁτι πασα τροφη καταχρηςικωτερον ἀρτος λεγεται, ὡς ἐπι Μωϋσεως ἐν τῳ Δευτερονομιῳ γεγραπται· τεσσαρακοντα ἡμερας ἀρτον ȣκ ἐφαγε, και ὑδωρ ȣκ ἐπιεν, ἀντι του, ȣτε ξηρας, ȣτε ὑγρας μετειληφε τροφης. τȣτο δε μοι τετηρηται δια το και ἐν τῳ κατα Ιωαννην λεγεσϑαι· και ὁ ἀρτος δε ὁν ἐγω δωσω, ἡ σαρξ μου ἐςιν ὑπερ της του κοσμου ζωης. ἠτοι

δε

hæc ad lectionem Apostoli examinanda, & de paschate, & de azymis: examinanda autem, ut antea diximus, scriptione accurata longissimi libri. Nunc autem veluti per compendium hæc in medium afferentes, quæ apparent dubia propter propositam lectionem, sic solvere tentabimus, illud etiam memoria repetentes: *Hic est ille agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*, quoniam & in paschate *ex agnis*, inquit, *& hædis sumetis*. Videtur etiam Joannes Evangelista cum Paulo consentiens similia dubia habere de his, quæ a nobis indagata sunt. Dicendum autem est ad hoc, si *Sermo factus est caro*, & inquit Dominus: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in novissimo die: caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus; qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*; fortasse hanc esse carnem agni tollentis peccatum mundi, & hunc esse sanguinem, de quo ponere necesse sit super duos postes, & super limen in his domibus, in quibus comedimus pascha: atque ex hujus agni carnibus comedere oportere in mundi tempore, quod est nox; assas vero carnes esse manducandas cum pane ex azymis: quandoquidem Dei Sermo non tantum est caro. Inquit igitur: *Ego sum panis vitæ*: &: *Hic est panis, qui de cælo descendit, ut qui ex ipso comederit, non pereat. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi: si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* Nec sane ignorandum est omnem cibum abusive panem dici, quemadmodum de Moyse scriptum est in Deuteronomio: *Quadraginta diebus panem non comedit, & aquam non bibit*, pro eo quod est, Neque siccum, neque humidum gustavit cibum. Quod idcirco observavi, quia dicat Joannes in suo Evangelio: *Et panis etiam, quem ego dabo, caro mea est pro*

 mundi

δε δια τας ἐπι τοις ἁμαρτημασιν ἡμων μετανοιας τη κατα θεον λυπην λυπεμενων, μετανοιαν εἰς σωτηριαν ἀμεταμελητον ἡμιν ἐργαζομενην, ἐπι πικριδων ἐσθιομεν κρεα του ἀμνε, και τα ἀζυμα· ἡ δια τας βασανες ζητεντες και τρεφομενοι ἀπο των ἑυρισκομενων της ἀληθειας θεωρηματων. ἐκ ὠμην ἐν βρωτεον την σαρκα τε ἀμνε, ὡσπερ ποιεσιν οἱ της λεξεως δελοι, τροπον ἀλογων ζωων, και ἀποτεθηριωμενων προς τες ἀληθως λογικες, δια τε συνιεναι βελεσθαι τα πνευματικα, λογε μεταλαμβανοντες θηριων ἀπηγριωμενων. φιλοτιμητεον δε τω εἰς ἑψησιν μεταλαμβανοντι το ὠμον της γραφης, μη ἐπι το πλαδαρωτερον, και ὑδαρεςερον, και ἐκλελυμενον μεταλαμβανειν τα γεγραμμενα, ὁπερ ποιεσιν οἱ κνηθομενοι την ἀκοην, και ἀπο μεν της ἀληθειας ἀποςρεφοντες αὐτην, ἐπι δε το ἀνειμενον και ὑδαρεςερον της πολιτειας μεταλαμβανοντες τας κατ᾽ αὐτες ἀγωγας. ἡμεις δε τω ζεοντι πνευματι, και τοις διδομενοις ὑπο θεου διαπυροις λογοις, ὁποιες Ιερεμιας εἰληφει ἀπο τε λεγοντος προς αὐτον· ἰδου δεδωκα τους λογους μου εἰς το ςομα σου πυρ, ὀπτα ποιησωμεν τα κρεα τε ἀμνε, ὡς τε τους μεταλαμβανοντας αὐτων λεγειν Χριςου ἐν ἡμιν λαλεντος, ὁτι ἡ καρδια ἡμων καιομενη ἠν ἐν τη ὁδω, ὡς διηνοιγεν ἡμιν τας γραφας. εἰ δε εἰς το τοιετον ἡμας ζητησαι, πυρι ὀπτησαι δεησει τα του ἀμνου κρεα, παραθετεον την ὁμολογιαν ἐ ἐπεπονθει ἐπι τοις λογοις τε θεε παθους Ιερεμιας λεγων· και ἐγενετο ὡς πυρ καιομενον, φλεγον ἐν τοις ὀςεοις μου, και παρειμαι παντοθεν, και ἐ δυναμαι φερειν. ἀρκτεον δε ἐν τω ἐσθιειν ἀπο της κεφαλης, τετεςι των κορυφαιοτατων και ἀρχικων δογματων περι των ἐπερανιων· και καταληκτεον ἐπι τους ποδας, τα ἐσχατα των μαθηματων τα ζητετα περι της τελευταιας ἐν τοις ἐσι φυσεως, ἠτοι των ὑλικωτερων, ἡ των καταχθονιων, ἡ των πονηρων πνευματων, και ἀκαθαρτων δαιμονιων. ὁ γαρ περι αὐτων λογος ἑτερος ὠν αὐτων, ἐναποκειμενος τοις μυςεριοις της

γραφης

mundi vita. Cæterum in intybis comedimus carnes agni & azyma, vel cum nos pœnitet peccatorum nostrorum, & affligimur ea tristitia; quæ ex Deo est, quæque operatur nobis in salutem pœnitentiam non pœnitendam; vel cum ob vexationes & tormenta quærentes enutrimur ab ipsis, quæ inveniuntur veritatis speculationibus. Non comedenda est igitur agni caro cruda, perinde ac faciunt literæ servi, more animantium ratione carentium & sævientium contra eos, qui idcirco ratione vere utuntur, quia velint intelligere spiritualia, id quod ratione caret ferarum agrestium immutantes. Sed elaborandum est transmutanti cruditatem Scripturæ ad coctionem, ne in aliquid humidius & aquosius & dissolutum transmutet ea, quæ scripta sunt: quod faciunt prurientes auribus, & a veritate quidem eas avertentes, ad remissam autem & flaccidam vivendi rationem sua instituta transmutantes. Nos vero ferventi spiritu & ignitis sermonibus a Deo datis, quales Jeremias sumserat ab eo, qui sibi dicebat: *Ecce ego dedi sermones meos in os tuum ignem*, assas faciamus agni carnes: ita ut qui eas capiemus, Christo in nobis loquente, dicamus: *Nonne cor nostrum ardens erat in via, dum aperiret nobis Scripturas?* Quod si ad hanc rem quærendam assare igni agni carnes opus erit, in medium afferendum est id quod occasione verborum Dei passum se fatetur Jeremias: *Et factus est, ut ignis comburens, ardens in ossibus meis: & resolvor undique & sustinere non possum.* Incipiendum autem est, dum comedimus, a capite, hoc est a supremis & primariis dogmatibus de rebus supercœlestibus; & desinendum in pedes, nimirum in ultimas disciplinas, quærentes de ultima natura in entibus, vel de rebus materialibus, vel terrestribus, vel malis spiritibus & impuris dæmonibus. Nam fieri potest, ut sermo de ipsis, diversus existens ab illis sublimibus, reconditus in mysteriis

γραφης δυναται τροπικωτερον ποδες ωνομασθαι τυ αμνου, και των ενδοθιων δε εσωτερικων, και αποκεκρυμμενων υκ αφεκτεον. ως ενι δε σωματι τη απαση προσελθετεον γραφη, και τας εν τη αρμονια της πασης συνθεσεως αυτης ευτονωτατας και στερροτατας συνοχας υ συντριπτεον, υδε διακοπτεον, όπερ πεποιηκασιν οι την ενοτητα του εν πασαις ταις γραφαις πνευματος το όσον επ' αυτοις συντριβοντες. αυτη μεντοιγε ή απο τυ αμνυ προειρημενη προφητεια την νυκτα μονην ήμας τρεφετω τυ εν τῳ βιῳ σκοτυς· ως γαρ της ανατολης της ήμερας των μετα τον βιον τυτον υδεν καταλειπτεον εςαι ήμιν της επι του παροντος μονυ χρησιμου ήμιν υτω τροφης. παρελθουσης γαρ της νυκτος, και επελθυσης της μετα ταυτα ήμερας, τον μηδαμως απο των παλαιοτερων και κατωτερω ζυμυντων αζυμον εχοντες αρτον φαγομεθα, χρησιμον ήμιν εσομενον, έως δοθη το μετα τον αζυμον μαννα, ή αγγελικη και μη ανθρωπινη τροφη. έκαςῳ τοινυν ήμων θυεσθω το προβατον εν παντι οικῳ πατριας ήμων, και δυνατον εςω τονδε μεν τινα παρανομειν, μη θυοντα το προβατον, τον δε πασαν φυλαττειν την εντολην θυοντα, και περιεψοντα και όςεον αυτου μη συντριβοντα. και υτως εν βραχεσι συμφωνως τη αποςολικη εκδοχη, και τῳ εν τῳ ευαγγελιῳ αμνῳ αποδιδοσθω το τυθεν πασχα χριςος. υ γαρ νομιςεον τα ίςορικα ίςορικων ειναι τυπυς, και τα σωματικα σωματικων, αλλα τα σωματικα πνευματικων, και τα ίςορικα νοητων. αναβηναι τῳ λογῳ και επι το τριτον πασχα επιτελεσθησομενον εν μυριασιν αγγελων, πανηγυρει επιτελειοτατη, και μακαριωτατη εξοδῳ νυν υκ εςιν αναγκαιον, και τυτων επιπλειον και περισσοτερον, παρ' ό απητει το αναγνωσμα, ειρημενων ήμιν.

Ουκ αζητητον δε υδε εατεον πως εγγυς ην το πασχα των Ιυδαιων, ότε ην ό κυριος άμα τη μητρι, και τοις

αδελφοις,

Scripturæ, pedes agni tropice nominatus ſit. Quin ab inteſtinis & interioribus, & abſtruſis non recedendum eſt. Sed ad Scripturam totam perinde atque ad unum corpus accedamus oportet, nec collacerendæ diſcindendæque ſunt tum conſtantiſſimæ, tum fortiſſimæ harmoniæ totius compoſitionis ipſius; id quod fecerunt qui, quantum in ipſis eſt, unius unitatem ſpiritus in omnibus Scripturis exiſtentem collacerant. Et ſane hæc prædicta ex agno prophetia, una ſola nocte tenebrarum, quæ ſunt in præſenti vita, nos nutriat; tanquam enim exoriente die rerum poſt præſentem vitam futurarum, ſic nos nihil reliquum facere debemus de cibo ſolum nobis in præſentia utili. Cum enim nox præterierit ac ſupervenerit poſtea dies. azymum habentes haudquaquam ex veteribus, & ex his, qui inferne fermentant, panem comedimus nobis eousque profuturum, donec poſt azymum fuerit nobis datum manna, hoc eſt angelicus ille, & non humanus cibus. Ab unoquoque igitur noſtrum immoletur ovis in omni domo familiæ noſtræ. Facile etiam factu ſit, ut aliquis transgreſſor ſit legis, non mactans ovem, alio univerſum ſervante mandatum, mactante & coquente, & os ejus non confringente. Et ſic, ut quam breviſſime dicam, conſone Apoſtolicæ intelligentiæ, & Evangelico agno deſignetur Chriſtus eſſe immolatum paſcha. Neque enim exiſtimandum eſt hiſtorica hiſtoricorum eſſe figuras, & corporalia corporalium; ſed corporalia ſpiritualium & hiſtorica rerum, quæ mente percipiuntur. Rationem autem noſtram etiam ad tertium paſcha, quod in innumerabilium Angelorum frequentia & multitudine, in perfectiſſimo beatiſſimoque exitu perficiendum eſt, venire nunc non eſt neceſſe, cum hæc & latius & copioſius, quam lectio exigat, diſputaverimus.

14. Verum non imperveſtigatum ſinendum eſt, quomodo in propinquo erat paſcha Judæorum, quando

ἀδελφοις, και τοις μαθηταις ἐν τῃ Καφαρναουμ. ἐν μεν ἐν τῳ κατα Ματθαιον ἀφεθεις ἀπο του διαβολου, των ἀγγελων προσελθοντων. και διακονουντων αὐτῳ, ἀκουσας Ιωαννην παραδεδοσθαι, ἀνεχωρησεν εἰς την Γαλιλαιαν, και καταλιπων την Ναζαρα ἐλθων κατῳκησεν εἰς Καφαρναουμ· ἐπειτα ἀρξαμενος κηρυσσειν, και ἐκλεξαμενος τους τεσσαρας ἁλιεις ἀποςολους, διδαξας τε ἐν ταις συναγωγαις ὁλης της Γαλιλαιας, και θεραπευσας τους προσενεχθεντας αὐτῳ ἀνερχεται εἰς το ὀρος, και λεγει τους μακαρισμους, και τα ἐχομενα αὐτων· τελεσας δε ἐκεινην την διδασκαλιαν, καταβας ἐκ του ὀρους εἰσερχεται εἰς Καφαρναουμ δευτερον, κἀκειθεν δε ἐμβας εἰς πλοιον περα εἰς την χωραν των Γεργεσηνων· παρακληθεις τε μεταβηναι ἀπο των ὁριων αὐτων, ἐμβας εἰς πλοιον διεπερασε, και ἠλθεν εἰς την ἰδιαν πολιν, ἐνθα θεραπειας ἐπιτελεσας τινας περιηγε τας πολεις πασας, και τας κωμας, διδασκων ἐν ταις συναγωγαις αὐτων· και ἀλλα δε πλειςα μετα ταυτα γινεται, πριν ἐπισημειωσασθαι τον Ματθαιον των του πασχα καιρον. και παρα τοις λοιποις δε εὐαγγελιςαις μετα την ἐν τῃ Καφαρναουμ διατριβην, οὐχ εὑρισκεται ἐγγυς το πασχα εἶναι λεγομενον· σωσαι δε το βουλημα των ἀνδρων ἐςιν ἐννοησαντα τα περι της Καφαρναουμ εἰρημενα ἡμιν ἐν τοις προ τουτων. ἡ ἐνδιατριβη πλησιον τυγχανει του των Ιουδαιων πασχα ὀλιγῳ βελτιουμενη παρ' αὐτο, και κρειττων αὐτου τυγχανουσα, και μαλιςα ἐπει ἐν τῳ πασχα των Ιουδαιων εὑρισκονται ἐν τῳ ἱερῳ οἱ πωλουντες τους βοας, και τα προβατα, και τας περιςερας· δι' οὓς ἐτι μαλλον προκειται μη του κυριου, ἀλλα των Ιουδαιων εἶναι το πασχα· ὡς γαρ ὁ οἶκος του πατρος γεγονεν οἶκος ἐμποριου παρα τοις μη ἁγιαζουσιν αὐτον· οὑτω και το πασχα κυριου ἀνθρωπινον, και Ιουδαϊκον πασχα παρα τοις ταπεινοτερον και σωματικωτερον αὐτο ἐκλεξαμενοις. εὐκαιροτερον δε ἐν ἀλλοις ἐςαι ἰδειν και τα περι του χρονου του πασχα, περι την ἐαρινην ἰσημεριαν γινομενου, και εἰ τι ἑτερον ἀπαιτει το προβλημα

ἐπεξερ-

erat Dominus simul cum matre & fratribus & discipulis in Capharnao. Atque in Evangelio quidem secundum Matthæum dimissus a Diabolo, cum advenissent, ministrarentque illi Angeli, audissetque Joannem traditum fuisse, secessit in Galilæam, & relicta Nazara profectus habitavit in Capharnao. Deinde cum incepisset prædicationem, elegissetque quatuor piscatores Apostolos, docuissetque in Synagogis totius Galilææ, sanassetque sibi allatos, in montem ascendit, dicitque beatitudines, & quæ his sunt proxima. Cum vero finisset illam doctrinam, descendissetque de monte, denuo Capharnaum ingreditur, indeque ingressus navim, transit ad locum Gergesenorum, e quorum finibus rogatus decedere, cum navim conscendisset, trajecit, & venit in civitatem suam, ubi quibusdam sanitate reddita circumibat civitates omnes, & vicos, docens in Synagogis eorum. Aliaque quamplurima postea fiunt, antequam adnotet Matthæus paschatis tempus. Quin etiam apud alios Evangelistas, postquam diversatus fuisset in Capharnao Dominus, non invenitur quod dicatur pascha esse in propinquo: quorum consilium servare poterit, qui cogitarit, quæ in superioribus de Capharnao disseruerimus. Commoratio illa, cum Judæorum pascha instaret, paulo melior hoc ipso facta fuit, eoque præstantior, maxime quoniam in paschate Judæorum inveniuntur in templo vendentes boves & oves & columbas; propter quæ etiam non additur, *Domini*, sed *Judæorum* esse pascha. Ut enim domus Patris facta est domus mercatus apud eos, qui ipsam non sanctificabant; sic etiam pascha Domini factum est humanum, & Judaicum pascha apud eos, qui illud abjectius & corporalius elegerint. Cæterum alias commodius videre erit, & quæ ad paschatis tempus pertinent, quod circa vernum æquinoctium contingit, & siquid aliud quæstio, qua de agitur, postulat expolien-

ἐπεξεργασασθαι. ὁ μεντοιγε Ηρακλεων, αὐτη, φησιν, ἡ μεγαλη ἑορτη. του γαρ παθους του σωτηρος τυπος ἦν, ὁτε ἐ μονον αἰηρειτο το προβατον, ἀλλα και ἀναπαυσιν παρειχεν ἐσθιομενον, και θυομενον μεν τȣ παθȣς τȣ σωτηρος το ἐν κοσμῳ ἐσημαινεν, ἐσθιομενον δε την ἀναπαυσιν την ἐν γαμῳ. παρεθεμεθα δε αὐτȣ την λεξιν, ἱνα ὡς ἐν τηλικȣτοις ἀναςρεφειν τον ἀνδρα παρερριμμενως, και ὑδαρως, μετα μηδενος κατασκευαςικȣ θεωρησαντες, μαλλον αὐτȣ καταφρονησωμεν.

Και ἀνεβη εἰς Ιεροσολυμα ὁ Ιησȣς, και ἑυρεν ἐν τῳ ἱερῳ τȣς πωλȣντας βοας, και περιςερας, και τȣς κερματιςας καθημενȣς· και ποιησας φραγελλιον ἐκ σχοινιων ἐξεβαλεν ἐκ τȣ ἱερȣ τα τε προβατα, και τȣς βοας, και των κολλυβιςων ἐξεχεε τα κερματα, και τας τραπεζας ἀνεςρεψε, και τοις τας περιςερας πωλȣσιν εἰπεν· ἀρατε ταυτα ἐντευθεν, μη ποιειτε τον οἰκον τȣ πατρος μȣ, οἰκον ἐμποριȣ· τοτε ἐμνησθησαν οἱ μαθηται αὐτȣ ὁτι γεγραμμενον ἐςιν· ὁ ζηλος τȣ οἰκȣ σȣ καταφαγεται με. Σημειωτεον ὁτι ὁ μεν Ιωαννης δευτερον ἐργον τȣ Ιησȣ ἀναγραφει το περι των ἐν τῳ ἱερῳ ἑυρεθεντων ὑπ' αὐτȣ πωλȣντων βοας, και προβατα και περιςερας· οἱ δε λοιποι σχεδον προς τῳ τελει, ἐπι της κατα το παθος οἰκονομιας το παραπλησιον ποιȣσιν· και ὁ μεν Ματθαιος ȣτως· και εἰσελθοντος αὐτȣ εἰς Ιεροσολυμα ἐσεισθη πασα ἡ πολις λεγȣσα, τις ἐςιν ȣτος; οἱ δε ὀχλοι ἐλεγον· ȣτος ἐςιν Ιησȣς ὁ προφητης, ὁ ἀπο Ναζαρετ της Γαλιλαιας· και εἰσηλθεν Ιησȣς εἰς το ἱερον, και ἐξεβαλε παντας τȣς πωλȣντας και ἀγοραζοντας ἐν τῳ ἱερῳ, και τας τραπεζας των κολλυβιςων κατεςρεψε, και τας καθεδρας των πωλȣντων τας περιςερας, και λεγει αὐτοις· γεγραπται. ὁ οἰκος μȣ, οἰκος προσευχης κληθησεται, ὑμεις δε αὐτον ποιειτε σπηλαιον ληςων. ὁ δε Μαρκος· και ἐρχονται εἰς Ιεροσολυμα, και εἰσελθων εἰς το ἱερον ἠρξατο ἐκβαλλειν τȣς πωλȣντας και ἀγοραζοντας ἐν τῳ ἱερῳ, και τας τραπεζας των κολλυβιςων ἀνεςρεψε, και τας καθεδρας των πωλȣντων τας περιςερας, και ȣκ ἠφιεν

expoliendum. Sane Heracleon, „ *Hæc magna*, inquit, „ *est festivitas: figura enim passionis Servatoris erat*, „ *quando non solum interficiebatur ovis, verum etiam co-* „ *mesa præberet requiem; & immolata quidem passionem* „ *Servatoris in mundo significabat, comesa vero requiem* „ *futuram in nuptiis.* „ Apposuimus autem verba ipsius, ut cum viderimus virum hunc tantis in rebus nullo apparatu versantem, sed contemtim, & sine firmitate, magis ipsum despiciamus.

15. *Et ascendit Jerosolymam Jesus, & reperit in templo eos, qui vendebant boves, & oves, & columbas, & mensarios sedentes. Et cum fecisset flagellum e funiculis, ejecit e templo oves simul ac boves; & mensariorum æs effudit, & mensas subvertit: & his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, nec facite domum Patris mei, domum mercatus. Tunc recordati sunt discipuli ejus scriptum esse: Zelus domus tuæ comedit me.* Notandum quidem est Joannem scribere secundum Jesu opus fuisse, id quod fecit erga repertos a se vendentes oves & boves & columbas in templo; cum cæteri fere in fine, vicinum illud faciant dispensationi illi, quæ erat tempore passionis: & Matthæus quidem sic: *Et cum intrasset ipse Jerosolymam, commota est universa civitas dicens: Quis est hic? Turba autem dicebant: Hic est Jesus ille Propheta a Nazareth Galilææ. Et intravit Jesus in templum, & ejecit omnes vendentes & ementes in templo; mensasque mensariorum & cathedras vendentium columbas subvertit: & dicit eis: Scriptum est: Domus mea, domus precationis vocabitur; at vos facitis illam speluncam latronum.* At Marcus: *Et veniunt Jerosolymam: ingressusque Jesus in templum cœpit ejicere eos, qui vendebant & emebant in templo: & mensas argentariorum sellasque vendentium columbas subvertit: nec permittebat, ut quisquam deportaret vas per*

templum;

ἵνα τις διενεγκῃ σκευος δια τυ ἱερυ· και ἐδιδασκε, και ἐλεγεν αὐτοις· ὐ γεγραπται ὁτι ὁ οἰκος μυ, οἰκος προσευχης κληθησεται πασι τοις ἐθνεσιν; ὑμεις δε πεποιηκατε αὐτον σπηλαιον λῃςων. ὁ δε Λυκας· ' και ὡς ἠγγισεν, ἰδων την πολιν ἐκλαυσεν ἐπ' αὐτην, λεγων· ὁτι εἰ ἐγνως ἐν τῃ ἡμερᾳ ταυτῃ και συ τα προς εἰρηνην· νυν δε ἐκρυβη ἀπο ὀφθαλμων συ, ὁτι ἡξυσιν ἡμεραι ἐπι σε, και περικυκλωσυσι, και συνεξουσι σε παντοθεν, και ἐδαφιυσι σε, και τα τεκνα συ, και ὐκ ἀφησυσι λιθον ἐπι λιθον ἐν σοι, ἀνθ' ὡν ὐκ ἐγνως τον καιρον της ἐπισκοπης συ· και εἰσελθων εἰς το ἱερον ἠρξατο ἐκβαλλειν τυς πωλυντας, λεγων αὐτοις· γεγραπται, και ἐςαι ὁ οἰκος μυ, οἰκος προσευχης· ὑμεις δε ἐποιησατε αὐτον σπηλαιον λῃςων. ἐτι δε και τυτο παρατηρητεον ὁτι τοις εἰρημενοις παρα τοις τρισιν ἐπι τῃ εἰς Ἱεροσολυμα ἀνοδῳ τυ κυριυ, καθ' ἡν ταυτα πεποιηκεν ἐν τῳ ἱερῳ, τα παραπλησια ἀνεγραψεν ὁ Ἰωαννης μετα πολλα γεγονεναι, μετα ἑτεραν αὐτυ παρα την ἐπιδημιαν τοις Ἱεροσολυμοις. ὑτω δε κατανοητεον τα εἰρημενα, και πρωτον γε τα Ματθαιῳ λεγομενα· και ὁτε ἠγγισεν εἰς Ἱεροσολυμα, και ἠλθεν εἰς Βηθφαγη προς το ὀρος των ἐλαιων, τοτε Ἰησυς ἀπεςειλε δυο μαθητας, λεγων αὐτοις· πορευεσθε εἰς την κωμην την ἀπεναντι ὑμων, και εὐθεως εὑρησετε ὀνον δεδεμενην, και πωλον μετ' αὐτης· λυσαντες ἀγαγετε μοι, και ἐαν τις ὑμιν εἰπῃ, τι ποιειτε; ἐρειτε ὁτι ὁ κυριος αὐτων χρειαν ἐχει· εὐθυς δε ἀποςελει αὐτυς. τυτο δε γεγονεν, ἱνα πληρωθῃ το ῥηθεν δια τυ προφητυ λεγοντος· εἰπατε τῃ θυγατρι Σιων· ἰδυ ὁ βασιλευς συ ἐρχεται πραϋς, και ἐπιβεβηκως ἐπι ὀνον, και πωλον ὑποζυγιυ. πορευθεντες δε οἱ μαθηται, και ποιησαντες καθως προσεταξεν αὐτοις ὁ Ἰησυς, ἠγαγων την ὀνον, και τον πωλον, και ἐπεθηκαν ἐπ' αὐτων τα ἱματια αὐτων, και ἐπεκαθισεν ἐπανω αὐτων. ὁ δε πλειςος ὀχλος ἐςρωσαν ἑαυτων τα ἱματια ἐν τῃ ὁδῳ· οἱ δε ὀχλοι οἱ προαγοντες αὐτον, και οἱ ἀκολυθυντες ἐκραξαν· ὡσαννα τῳ υἱῳ Δαβιδ, εὐλογημενος ὁ ἐρχομενος ἐν ὀνοματι κυριου·

ὡσαννα

templum; & docebat, dicens illis: Nonne scriptum est: Domus mea, domus precationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Lucas vero: *Et ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovisses & tu in die illa, quæ ad pacem; nunc autem occultata sunt ab oculis tuis, quia supervenient tibi dies, & circumdabunt te, & cingent undique, & solo æquabunt te, & filios tuos, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eoquod non cognoveris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum, cœpit ejicere vendentes, dicens illis: Scriptum est: Et erit domus mea, domus precationis: vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Præterea hoc etiam observandum est, quod his, quæ dicta sunt apud tres Evangelistas in ascensu Domini ad Jerosolymam, in quo hæc fecit in templo, similia scripserit Joannes post multa fuisse facta, nempe post alterum ipsius adventum ad Jerosolymam, a præsenti diversum. Sunt autem hunc in modum consideranda: atque in primis, quæ a Matthæo traduntur: *Et cum appropinquassent Jerosolymis, & venissent Bethphage ad montem Olivarum, tunc Jesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in vicum, qui e regione vestri est, & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea; solvite & adducite mihi: & si quis vobis dixerit: Quid facitis? dicetis: Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit mansuetus, & sedens super asinam, & pullum filium subjugis. Profecti autem discipuli fecerunt sicut præceperat illis Jesus, & adduxerunt asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & insedit illis. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via. Porro turbæ, quæ præcedebant eum, & sequebantur, clamabant dicentes. Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis.* Deinde vero sequuntur: *Et cum intrasset ipse*

Jeroso-

ὡσαννα ἐν τοις ὑψιςοις. ἑξης δε τουτων ἐςι· και εἰσελθοντες αὐτου εἰς Ιεροσολυμα, ἐσειϑη πασα ἡ πολις, ἁ τινα παρεϑεμεϑα ἐν τοις προ τουτων. δευτερα δε τα Μαρκου· και ὁτε ἐγγιζουσιν εἰς Ιεροσολυμα, εἰς Βηϑφαγη και Βηθανιαν, προς το ὀρος των ἐλαιων, ἀποςελλει δυο των μαϑητων αὐτου, και λεγει αὐτοις· ὑπαγετε εἰς την κωμην την κατεναντι ὑμων, και ἐυϑυς πορευομενοι εἰς αὐτην ἑυρησετε πωλον δεδεμενον, ἐφ᾽ ὀν ουδεις ουπω ἀνθρωπων ἐκαϑισε· λυσατε αὐτον και φερετε. και ἐαν τις ὑμιν εἰπῃ· τι ποιειτε τουτο; εἰπατε ὁτι ὁ κυριος αὐτου χρειαν ἐχει, και ἐυϑυς αὐτον ἀποςελει ὡδε. και ἀπηλθον, και ἑυρον πωλον δεδεμενον προς ϑυραν ἐξω ἐπι του ἀμφοδου, και λυουσιν αὐτον. και τινες των ἐκει ἑςωτων ἐλεγων αὐτοις· τι ποιειτε λυοντες τον πωλον; οἱ δε εἰπον αὐτοις καϑω εἰπεν ὁ Ιησους, και ἀφηκαν αὐτους· και φερουσι τον πωλον προς τον Ιησουν, και ἐπιβαλλουσιν αὐτῳ τα ἱματια αὐτων. ἀλλοι δε ςοιβαδας κοψαντες ἐκ των ἀγρων ἐςοωσαν εἰς την ὁδον. και οἱ προαγοντες, και οἱ ἀκολουϑουντες ἐκραζον· ὡσαννα, ἐυλογημενος ὁ ἐρχομενος ἐν ὀνοματι κυριου· ἐυλογημενη ἡ ἐρχομενη βασιλεια του πατρος ἡμων Δαβιδ, ὡσαννα ἐν τοις ὑψιςοις. και εἰσηλθεν εἰς Ιεροσολυμα, εἰς το ἱερον και περιπλεψαμενος παντα. ὀψε ἠδη ουσης της ὡρας, ἐξηλϑεν εἰς Βηϑανιαν μετα των ιβ, και τῃ ἐπαυριον ἐξελϑοντων αὐτων ἀπο Βηθανιας, ἐπεινασεν. εἰτα μετα την της ξηραινομενης συκης οἰκονομιαν, ἐρχονται εἰς Ιεροσολυμα. και εἰσελθων εἰς το ἱερον ἠρξατο ἐκβαλλειν τους πωλουντας, και τα ἑξης του Λουκα τουτον τον τροπον· και ἐγενετο ὡς ἠγγισεν εἰς Βηθφαγη και Βηθανιαν, προς το ὀρος το καλουμενον ἐλαιων, ἀπεςειλε δυο των μαθητων λεγων· ὑπαγετε εἰς την κατεναντι κωμην, ἐν ᾗ εἰσπορευομενοι ἑυρησετε πωλον δεδεμενον, ἐφ᾽ ὀν ουδεις πωποτε ἀνθρωπων ἐκαθισε· λυσαντες αὐτον ἀγαγετε, και ἐαν τις ὑμας ἐρωτᾳ, δια τι λυετε; ουτως ἐρειτε· ὁτι ὁ κυριος αὐτου χρειαν ἐχει. ἀπελθοντες δε οἱ μαθηται, ἑυρον ὡς εἰπεν αὐτοις. λυοντων δε αὐτων τον πωλον, εἰπαν οἱ κυριοι αὐτου προς αὐτους· τι λυετε τον πωλον; οἱ δε εἰπαν,

ὁτι

Jerosolymam, commota est universa civitas, quæ in superioribus citavimus. Nunc vero verba Marci consideremus: *Et cum appropinquant Jerosolymis, ad Bethphage & Bethaniam, juxta montem Olivarum, emittit duos e discipulis suis, & dicit illis: Abite in vicum, qui e regione vestri est, & statim ingredientes in illum invenietis pullum alligatum, super quem nullus adhuc hominum sedit: solvite eum & adducite. Et si quis vobis dixerit: Cur facitis hoc? dicite quod Dominus eo opus habet, & continuo illum mittet huc. Et abierunt & invenerunt pullum alligatum juxta januam foris in bivio & solvunt illum. Et nonnulli eorum, qui illic stabant, dicebant illis: Quid facitis solventes pullum? At illi dixerunt eis quemadmodum præceperat Jesus; & sinebant illos: & adduxerunt pullum ad Jesum, & injecerunt illi vestimenta sua. Alii autem frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via. Et qui præcedebant, quique sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini: Benedictum quod venit regnum patris nostri David: Hosanna in altissimis. Et ingressus est Jerosolymam in templum, & cum circumspexisset omnia, jamque tempus esset vespertinum, ingressus est Bethaniam cum duodecim; & postero die, cum exissent Bethania, esuriit.* Deinde post ficus arefactæ mysterium, *veniunt Jerosolymam. Et ingressus in templum, cœpit ejicere vendentes*, & quæ sequuntur hunc in modum a Luca narrata: *Et evenit, cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, juxta montem, qui vocatur Olivarum, misit duos discipulos dicens: Abite in castellum, quod est ex adverso, in quod introeuntes invenietis pullum alligatum, in quo nemo unquam hominum sedit; solvite illum & adducite: & si quis vos interrogaverit: Quare solvitis? sic dicetis: Quia Dominus eo opus habet. Abierunt autem discipuli, & invenerunt sicut dixerat eis. Solventibus autem illis pullum, dixerunt domini ejus ipsis: Quare solvitis pullum? at illi dixerunt: Quia Dominus eo opus habet. Et duxerunt*

ὅτι ὁ κυριος αὐτȣ χρειαν ἐχει. και ἠγαγον αὐτον προς τον Ιησȣν, και ἐπιρριψαντες αὐτων τα ἱματια ἐπι τον πωλον, ἐπεβιβασαν τον Ιησȣν. πορευομενȣ δε αὐτȣ ὑπεϛρωννυον τα ἱματια αὐτων ἐν τῃ ὁδῳ. ἐγγιζοντος δε αὐτȣ ἠδη προς τῃ καταβασει τȣ ὀρȣς των ἐλαιων, ἠρξατο ἁπαν τό πληθος των μαθητων χαιροντες καί αἰνȣντες τον θεον φωνῃ μεγαλῃ περι πασων ὧν εἰδον δυναμεων, λεγοντες· εὐλογημενος ὁ βασιλευς ἐν ὀνοματι κυριȣ· ἐν ȣ̓ρανῳ εἰρηνη, και δοξα ἐν ὑψιϛοις. και τινες των Φαρισαιων απο τȣ ὀχλȣ εἰπαν προς αὐτον· διδασκαλε, ἐπιτιμησον τοις μαθηταις σȣ· και ἀποκριθεις εἰπε· λεγω ὑμιν, ἐαν ȣ̔τοι σιωπησωσιν, οἱ λιθοι κεκραξονται. και ὡς ἠγγισεν, ἰδων την πολιν, ἐκλαυσεν ἐπ᾽ αὐτην, και τα ἑξης, ἁπερ παρεθεμεθα. ὁ μεντοιγε Ιωαννης μετα πλειϛα ὁσα τȣ, και ἀνεβη εἰς Ιεροσολυμα ὁ Ιησȣς, και εὑρεν ἐν τῳ ἱερῳ τȣς πωλȣντας τȣς βοας, και τα προβατα, ἑτεραν διηγȣμενος ἀνοδον τȣ κυριȣ εἰς Ιεροσολυμα, ταυτα φησι μετα το προ ἑξ ἡμερων τȣ πασχα ἐν Βηθανιᾳ δειπνον, ἐν ᾡ ἡ Μαρθα διηκονει, και ὁ Λαζαρος ἀνεκειτο, τῃ ἐπαυριον ὀχλος πολυς ὁ ἐλθων εἰς την ἑορτην, ἀκȣσαντες ὁτι ἐρχεται ὁ Ιησȣς εἰς Ιεροσολυμα, ἐλαβον τα βαϊα των φοινικων, και ἐξηλθον εἰς ἀπαντησιν αὐτω, και ἐκραζον, ὡσαννα, εὐλογημενος ἐν ὀνοματι κυριȣ ὁ βασιλευς τȣ Ισραηλ. εὑρων δε ὁ Ιησȣς ὀναριον, ἐκαθισεν ἐπ᾽ αὐτȣ, καθως ἐϛι γεγραμμενον· μη φοβȣ θυγατερ Σιον· ἰδȣ ὁ βασιλευς σȣ ἐρχεται καθημενος ἐπι πωλον ὀνȣ. ταυτα δε νομιζω, εἰ και ἐπιπλειον της λεξεως παρεθεμην των εὐαγγελιϛων, ἀναγκαιως πεποιηκεναι, ὑπερ σȣ καταϛησαι την κατα το ῥητον διαφωνιαν των μεν τριων ἐν μιᾳ τῃ αὐτῃ εἰς Ιεροσολυμα ἐπιδημιᾳ τȣ κυριȣ λεγοντων τα νομιζομενα παρα τοις πολλοις τα αὐτα εἰναι και τῳ Ιωαννῃ γεγραμμενα· τȣ δε Ιωαννȣ ἐν δυσιν ὑπο πολλων πραξεσι διϊϛαμεναις, μεταξυ δηλȣμενων, και εἰς διαφορȣς τοπȣς ἐπιδημιων τȣ κυριȣ, εἰς Ιεροσολυμα ἀνοδοις ἀπαγγελλοντος γεγονεναι τα ἐκκειμενα. ἐγω μεν ȣ̓ν ὑπολαμβανω ἀδυνατον εἰναι τοις μηδεν

περα

illum ad Jesum: injectisque vestimentis suis super pullum, imposuerunt Jesum. Proficiscente autem illo, substernabant vestimenta sua in via. Et cum appropinquaret jam ad descensum montis Olivarum, cœperunt omnis multitudo discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes: Benedictus rex in nomine Domini: pax in cœlo & gloria in altissimis. Et quidam Pharisæorum e turba dixerunt illi: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus respondens ait: Dico vobis, si hi tacuerint, lapides clamaturos. Et ut appropinquavit, intuitus civitatem, flevit super illam, & quæ sequuntur a nobis posita. Atque Joannes post illud: *Et ascendit Jesus Jerosolymam, & reperit in templo vendentes oves & boves*, pluribus interjectis, alterum Domini enarrans ad Jerosolymam ascensum post eam cœnam, quæ Bethaniæ fuit ante sex dies paschatis, in qua Martha ministrabat Lazaro accumbente, hæc inquit: *Postero die turba multa, quæ venerant ad diem festum, cum audissent, quod veniret Jesus Jerosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant: Hosanna, benedictus in nomine Domini rex Israelis. Nactus autem Jesus asellum, insedit ei, sicut scriptum est: Ne metue, filia Sion; ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ.* Porro hæc me necessario fecisse reor, etiam si quamplurima Evangelistarum verba citarim, ut ostenderem dissonantiam, quæ est in textu: tribus quidem in uno, eodemque Domini ad Jerosolymam adventu dicentibus ea, quæ multi existimant eadem esse cum his, quæ Joannes etiam scripserit; Joanne vero hæc, quæ exposuimus, referente facta fuisse in duobus Domini ascensibus ad Jerosolymam, atque diversis distantibusque actionibus: enarrante etiam Dominum interim ad diversa loca profectum fuisse. Itaque meum est judicium minime ostendi posse apparentem dissonantiam, consonam existere his, qui in hisce rebus

περα της ἱςοριας ἐν τουτοις ἐκδεχομενοις ταρασσεται την δοκουσαν διαφωνιαν συμφωνον ὑπαρχειν. εἰ δε τις οἰεται μη ὑγιως ὑμας ἐξειληφεναι, συνετως ἀντιπραξατω τη τοιαυτη ἡμων ἀποφασει.

Τα δε κινουντα ἡμας εἰς την περι τουτων συμφωνιαν αἰτησαντες τον διδοντα παντι τῳ αἰτουντι, και ἐξεως ζητειν ἀγωνιζομενῳ, κρουοντες τε ὑπερ του ἀνοιχθηναι ἡμιν ταις της γνωσεως κλεισι τα κεκρυμμενα της γραφης, τον αὐτον κατα την δεδομενην ἡμιν δυναμιν ἐκθησομεθα τροπον. και πρωτον γε ἰδωμεν την του Ἰωαννου λεξιν ἀρχομενην ἀπο του· και ἀνεβη εἰς Ἱεροσολυμα ὁ Ἰησους. Ἱεροσολυμα τοινυν ἐςιν, ὡς αὐτος ἐν τῳ κατα Ματθαιον διδασκει ὁ κυριος, του μεγαλου βασιλεως πολις, οὐκ ἐν κοιλαδι, ἡ κατω που κειμενη, ἀλλ' ἐν ὑψηλῳ ὀρει οἰκοδομημενη, και ὀρη κυκλῳ αὐτης. ἧς ἡ μετοχη αὐτης ἐπι το αὐτο· και, ἐκει ἀνεβησαν αἱ φυλαι κυριου, μαρτυριον ἐν τῳ Ἰσραηλ. καλειται δε και ἡ πολις αὐτη, Ἱερουσαλημ, εἰς ἣν οὐδεις των ἐπι γης ἀναβαινει, οὐδε εἰσερχεται, και πασα γε ἡ φυσικον ἐχουσα διαρμα ψυχη, και ὀξυτητα νοητων διορατικην, ταυτης της πολεως πολιτης ὑπαρχει. και δυνατον ἐν ἁμαρτιᾳ εἰναι και τον Ἱεροσολυμιτην· δυνατον γαρ και τους εὐφυεςατους ἁμαρτανειν, εἰ μη ἐπιςρεψαιεν μετα την ἁμαρτιαν ταχεως, ἀπολοντας την εὐφυΐαν, και μιαν των ἀλλοτριων της Ἰουδαιας πολεων, οὐ μονον παροικουντας, ἀλλα και ἐγγραφησομενους. ἀναβαινει εἰς Ἱεροσολυμα ὁ Ἰησους, μετα το βοηθησαι τοις ἐν Κανα της Γαλιλαιας, και ἑξης εἰς την Καφαρναουμ καταβεβηκεναι, ἱνα ποιηση ἐν τοις Ἱεροσολυμοις τα γεγραμμενα. εὑρε γουν ἐν τῳ ἱερῳ, ὅπερ και οἰκος του πατρος εἰναι λεγεται του σωτηρος, τουτεςιν ἐν τη ἐκκλησιᾳ, ἡ ἐν τη ἐπαγγελιᾳ του ἐκκλησιαςικου και ὑγιαινοντος λογου, τινας τον οἰκον του πατρος ἐμποριου ποιουντας οἰκον. και ἀει τινας εὑρισκει ὁ Ἰησους ἐν τῳ ἱερῳ. ποτε γαρ ἐν τη ὀνομαζομενη ἐκκλησιᾳ, ἡτις ἐςιν

οἰκος

nihil præter historiam admittunt. Quod si quis nos recte non exposuisse retur, contra hanc nostram intelligentiam prudenter scribat.

16. Cæterum postulantes ab eo, qui dat omni petenti, & omni conanti acute quærere, itemque eum pulsantes, ut nobis aperiantur scientiæ clavibus occulta Scripturæ, juxta vires nobis suppeditatas exponemus, quæ nos movent ad horum concordiam, cumprimis videntes Joannis textum incipientem ab illis verbis: *Et ascendit Jesus Jerosolymam.* Est igitur Jerosolyma, ut ipse Dominus docet in Evangelio secundum Matthæum, *civitas regis magni*, non in convalle vel inferne alicubi posita, sed in alto monte ædificata, ac *montes in circuitu ejus, cujus participatio ejus in idipsum: &, illuc ascenderunt tribus Domini, testimonium Israeli.* Vocatur autem hæc & civitas, & Jerusalem, ad quam nullus eorum, qui manent in terris, ascendit, neque ingreditur; sed quælibet anima, quæ naturalem habet celsitudinem, vimque acute intelligendi perspiciendique intelligibilia, hujus civitatis est civis. Fieri etiam potest, ut in peccato sit etiam Jerosolymita: quod possint etiam optimo ingenio præditi peccare (ni celerius post peccatum redeant) perdentes aptitudinem illam, & futuri in una earum civitatum, quæ alienæ sunt in Judæa, non solum advenæ, verum etiam in ea nomen suum daturi. Ascendit Jesus Jerosolymam, postquam opem tulisset his, qui erant in Cana Galilææ; ac deinde Capharnaum descendit, facturus Jerosolymis, quæ sunt scripta. Reperit ergo in templo, quod & domus Patris Servatoris esse dicitur, hoc est in Ecclesia, vel in annunciatione ecclesiastici & sani sermonis, quosdam, qui domum Patris, domum mercatus facerent. Ac semper aliquos reperit Jesus in templo. Quando enim in ea, quæ dicitur Ecclesia, quæ est domus

οἰκος θεου ζωντος, ϛυλος και ἑδραιωμα της ἀληθειας, ὐκ εἰσι τινες κερματιϛαι καθημενοι, δεομενοι πληγων ἐκ τυ ἀπο Ιησυ πεποιημενυ φραγελλιυ ἐκ σχοινιων, και χρηζοντες κολλυβιϛαι τυ ἐκχειθαι αὐτων τα κερματα, ἀνατρεπεσθαι τε αὐτων τας τραπεζας; ποτε δ' ὐκ εἰσιν οἱ ἀποδιδομενοι ἐμπορικως, ὑς ἐχρην τηρειν ἐπ' ἀροτρον, βους, ἱνα βαλοντες ἐπ' αὐτο τας χειρας, και μη ϛρεφομενοι εἰς τα ὀπισω γενωνται τη τυ θευ βασιλεια εὐθετοι; ποτε δε ὐκ εἰσιν οἱ προτιμωντες τον της ἀδικιας μαμωναν των την ὑλην τυ κοσμειθαι αὐτοις παρεχοντων προβατων; ἀει δε πολλοι εἰσι και οἱ του ἀδολου, και ἀκεραιυ, ἐϛηρημενυ γε πασης πικροτητος και σχολης καταφρονυντες, και ταλαιπωρυ κερδυς ἑνεκεν προδιδοντες την των τροπικωτερων λεγομενων περιϛερων ἐπιμελειαν. ἐπαν ὐν εὑρη ὁ σωτηρ ἐν τῳ ἱερῳ, οἰκῳ τυ πατρος, τυτυς πωλυντας βοας, και προβατα, και περιϛερας, και τυς κερματιϛας καθημενυς ἐξελαυνει αὐτυς, χρησαμενος τῳ ἐκ σχοινιων ὑπ' αὐτυ πεποιημενῳ φραγελλιῳ, ἁμα τοις ἐμπορικοις προβατοις, και βουσιν αὐτων, και ἐκχει ὡς μη ἀξια τα συνερχομενα κερματα, δεικνυς αὐτων το ἀρχιϛον. ἀνατρεπει τε τας ἐν ταις ψυχαις των φιλαργυρων τραπεζας, λεγων και τοις τας περιϛερας πωλουσιν, ἀρατε ταυτα ἐντευθεν, ἱνα μηκετι ἐν τῳ ἱερῳ τυ θευ ἐμπορευωνται. οἰμαι δε ὁτι και σημειον πεποιηκεναι αὐτον, δια των εἰρημενων βαθυτερον, ὡϛε συμβολον ἡμας νοειν γεγονεναι ταυτα τυ μηκετι μελλειν την περι το ἱερον ἐκεινο λατρειαν ὑπο των ἱερεων κατα τας αἰσθητας θυσιας ἐπιτελειθαι, μηδε τον νομον τηρεισθαι, κἀν ὡς ἐβυλοντο οἱ σωματικοι Ιυδαιοι, δυνασθαι ἐτι ἁπαξ· Ιησυ γαρ ἐκβαλλοντος τυς βοας, και τα προβατα, και κελευοντος ἐκειθεν αἰρεθαι τας περιϛερας, ὐκετι δε βοες, και προβατα, και περιϛεραι ἐπι πολυ θυεσθαι κατα Ιυδαιων ἐθη ἐμελλον, και οἱον τε ἐϛι τα νομισματα των σωματικων νομισματων, και μη τυ θευ ἐχοντων τυς χαρακτηρας, τυπυς

τυγχα-

domus Dei viventis, columna & firmamentum veritatis, non sunt aliqui mensarii sedentes, quibus opus sit plagis ex flagello e funiculis a Jesu facto? Rursus quando non sunt argentarii, quibus sit opus illorum æs effundi, ac mensas ipsorum subverti? Quando item non sunt, qui mercatorum more vendunt boves, quos oportuit servare ad aratrum, ut injectis ad ipsum manibus, nec ad posteriora conversi, regno Dei sint apti? Sed quando non sunt præferentes mammonam iniquitatis ovibus, quæ ipsis materiam se ornandi præbent? Sunt etiam complures, qui sinceritatem & puritatem privatam omni amaritudine, & bili spernant, etiam lucri infelicis causa prodentes diligentiam eorum, qui tropice columbæ dicuntur. Cum igitur reperit Servator in templo, quod est domus Patris, vendentes boves, & oves, & columbas, & mensarios sedentes, expellit illos, usus flagello e funiculis a se facta, una cum ovibus bobusque venalibus, ipsorum etiam pecunias congregatas effundens, tanquam indignas, quæ simul tenerentur, & ipsarum inutilitatem ostendens. Subvertit etiam, quæ in avarorum erant animis, mensas, dicens his, qui columbas vendebant: *Auferte ista hinc*, ne posthac in templo Dei vendantur. Arbitror vero ego Jesum ipsum edidisse signa, per ea, quæ dixit; profundius, ut nos intelligeremus significari per hæc, quod non amplius in posterum perficiendus esset cultus a sacerdotibus in templo illo, juxta cultus sub sensum cadentes, neque legem servari posse amplius constanter, saltem ut volebant corporales Judæi. Neque enim expellente Jesu boves & oves, jubenteque inde auferri columbas, futurum erat, ut in multum temporis immolarentur boves & oves & columbæ, juxta Judæorum morem. Fieri enim potest, ut numismata. quæ figuræ sunt numismatum corporalium, & non habentium Dei formas & impressiones, effun-

[illegible] [illegible]χυθαι, ἐπει ἡ σεμνη ἑιναι δοκουσα κα-
[illegible] γραμμα νομοθεσια, Ιησου ἐληλυ-
[illegible] και ταις κατα του λαου μαςιξι χρησαμενου,
[illegible], και ἐκχεισθαι ἐμελλε, μεθιςαμενης της
[illegible] ἐπι τους ἀπο των ἐθνων πιςευοντας, εἰς Θεον
[illegible] πιςευοντας, και αἰρουμενης ἀπ᾽ ἐκεινων της
[illegible]ας του Θεου, διδομενης τε ἐν ἐθνει ποιουντι τους
[illegible] αὐτης. δυναται δε και φυσει ἱερον εἶναι ἡ ἐυφυης
[illegible] λογῳ ψυχη, δια τον συμπεφυκοτα λογον ἀνωτερω
τυγχανουσα του σωματος, εἰς ἡν ἀπο της Καφαρναουμ,
κατω της κειμενης ταπεινοτερα, ἀναβαινει ὁ Ιησους, ἐν
ᾧ ἑυρισκεται τα προ της ἀπο Ιησου παιδευσεως γηϊνα,
και ἀνοητα, και χαλεπα κινηματα, και τα νομιζομενα,
οὐκ ὀντα δε καλα, ἁπερ τῳ πεπλεγμενῳ ἐξ ἀποδεικτι-
κων ἐλεγκτικων δογματων λογῳ ἀπελαυνεται ὑπο του
Ιησου, ἱνα μηκετι ὁ του πατρος αὐτου οἰκος οἰκος ἐμποριου
ᾖ, ἀλλα ἀπολαβῃ την κατα τους ὀρανους, και πνευμα-
τικους νομους ἐπιτελουμενην ὑπο σωτηριας αὐτης τε και
πλειονων θεραπειαν του Θεου. συμβολον δε των μεν γηϊ-
νων ὁ βους, γεωπονος γαρ. των δε ἀνοητων και κτηνωδων
το προβατον, ἐπειδη το ζωον ἀνδραποδωδες παρα πολ-
λα των ἀλογων ἐςι. των δε κουφων και ἑυριπιςων λο-
γισμων, ἡ περιςερα. των δε νομιζομενων καλων, τα
κερματα. ἐαν δε τις προσκοπτῃ τῃ τοιαυτῃ ἀποδοσει,
δια το καθαρα εἰναι τα παραληφθεντα εἰς την γραφην
ζωα, λεκτεον ὁτι ἀπιθανος ἀν ἠν ἡ γραφη κατα την ἐν-
δεχομενην ἱςοριαν γεγονεναι ἀπαγγελλομενη. ἐν τῳ ναῳ
γαρ του Θεου οὐχ οἱον τε ἠν ἀπαγγελλεσθαι γεγονεναι
ἑτερων παρα τα καθαρα ζωων ἀγελην εἰσοδον, και εἰς
ἐμποριαν ἀλλων παρα τα θυομενα. διοπερ τῳ ὑπο των
ἐμπορων κατα τους των Ιουδαϊκων ἑορτων χρονους γενο-
μενῳ, ἐπεισαγοντων τῳ ἐξωτερῳ περιβολῳ του ναου
ταυτα τα ζωα, ἐχρησατο ὁ ἐυαγγελιςης, ὡς οἰμαι,
και γεγενημενῳ συγχρησαμενος πραγματι. καιτοιγε ὠ

μελλει

dantur, quoniam legis constitutio, quæ veneranda esse videbatur, propter occidentem literam dissolvenda effundendaque erat, & adveniente Jesu, atque utente adversus populum flagellis, transferendum erat sacerdotium ad eos, qui ex gentibus credidissent in Deum per Christum a Judæis; a quibus etiam auferendum regnum Dei dandum erat genti facienti fructus ejus. Fieri vero etiam potest, ut naturaliter Dei templum sit anima rationi obtemperans; corpore superior propter ingenitam sibi rationem existens, ad quam e Capharnao inferne posita, nimirum in humilioribus, ascendit Jesus: in qua reperiuntur terreni, antequam a Jesu erudiatur, castigeturque: & fatui & bestiales motus, atque ea, quæ nos, cum non sint, in bonis ducimus, quæ expelluntur a Jesu, ratione contexta ex dogmatibus demonstrativis & objurgatoriis, ne anima domus Patris sui sit amplius domus mercatus, sed recipiat Dei cultum, qui peragitur juxta cœlestes, spiritualesque leges, tum pro sua, tum pro plurium salute. Motuum sane terrenorum nota est bos, cum sit agricultor; fatuorum autem & bestialium, ovis, quoniam præ omnibus brutis servile est animal; levium vero, & instabilium cogitationum, columba; eorum vero, quæ in bonis ducimus, numismata. Quod si quis expositione hac offenditur, quia pura sint animalia, quæ in Scripturam fuere assumta, dicendum est dubiæ fidei futuram Scripturam secundum contingentem historiam, si narraret ingressa fuisse alia animalia etiam ad mercaturam, præter ea, quæ immolabantur; quod dici non posset aliorum animalium gregem, præterquam purorum, fuisse in templo Dei. Quapropter Evangelista, judicio meo, usus est re illa, quam mercatores fecere, qui advenerant temporibus Judaicarum festivitatum, induxerantque animalia hæc in templi vestibulum exterius. Porro cui curæ est accuratior

μελει της ἀκριβεςερας ἐξετασεως ἐπισκοπησει εἰ κατα το ἐν τω βιω τȣτω ἀξιωμα τȣ Ιησȣ ἦν, νομιζομενȣ υἱȣ εἶναι τεκτονος, το τηλικȣτο ποιησαι θαῤῥησαι, ὡςε ἐξελασαι πληθος ἐμπορων ἐπι την ἑορτην ἀνεληλυθοτων τοσȣτω ἀποδιδοσθαι λαω προβατα τυθησομενα κατ᾽ οἴκȣς πατριων αὐτων, ἐν πλειονων μυριαδων ἀριθμω τυγχανοντα, και βȣς τοις πλȣσιωτεροις, και τηλικαυτα ἐυξαμενοις παραςησομενȣς, περιςερας τε, ἅς τινες πολλοι ὡς ἐν πανηγυρει ἐυωχηθησομενοι ὤνȣντο ἄν· των τε τραπεζιτων μη ὕβρεως κατηγορησαι τȣ Ιησȣ ἐκχεομενα τα ἴδια αὐτων χρηματα, και ἀνατρεπομενας τας τραπεζας. τις δε τω ἐκ σχοινιων Φραγελλιω ὑπο του νομιζομενȣ παρ᾽ αὐτοις ἐυτελȣς τυπτομενος, και ἀπελαυνομενος, ȣ̓κ ἂν ἐπιλαβομενος κατεβοησε, και ἐκ χειρος την δικην ἐποιησατο, και ταυτα τοσȣτο πληθος των συνυβριζεσθαι δοξαντων συνεργȣν κατα τȣ Ιησȣ ἐχων; ἐπινοησωμεν δε τον υἱον τȣ θεȣ λαμβανοντα τα σχοινια, και ἑαυτω Φραγελλιον ἐπι τω ἐξελασαι τȣ ναȣ πλεκοντα, εἰ μη ἐμφαινει προς τω αὐθαδει και θρασυτερω και το ἀτακτον. μια δε καταφυγε της προς ταυτα ἀπολογιας καταλειπεται τω και την ἱςοριαν σωσαι θελοντι, ἡ θειοτερα τȣ Ιησȣ δυναμις οἵȣ τε ὄντος, ὅτε ἐβȣλετο, και θυμον ἐχθρων ἀναπτομενον σβεσαι, και μυριαδων θεια χαριτι περιγενεσθαι, και λογισμȣς θορυβȣντων διασκεδασαι· κυριος γαρ διασκεδαζει βȣλας ἐθνων, και ἀθετει δε λογισμȣς λαων, ἡ δε βȣλη τȣ κυριȣ εἰς τον αἰωνα μενει· ὡςε μηδενος των σφοδρα παραδοξως ὑπ᾽ αὐτȣ γεγενημενων, και προκαλεσαμενων δια της θειοτητος εἰς πιςιν τους τεθεωρηκοτας, ἐλαττονα ἐμφαινειν ἐνεργηθεισαν δυναμιν την κατα τον τοπον ἱςοριαν, εἰ γε και αὐτη γεγενηται. και μειζονα δ᾽ αὐτην ἐςιν ἀποφηνασθαι της γεγενημενης περι τȣ ἐν Κανα της Γαλιλαιας μεταβεβληκοτος ὑδατος εἰς οἶνον, τω ἐκει μεν ἄψυχον ὕλην εἶναι την μεταβεβλημενην. ἐνθαδε δε των

τοσȣτων

inquisitio, considerabit, an juxta dignitatem præsentis vitæ erat, ut Jesus, qui fabri filius putabatur, rem talem auderet facere; extrudere videlicet mercatorum multitudinem, qui ad diem festum ascenderant, distributuri boves ditioribus, & tanto populo oves mactandas per domos familiarum, quæ multorum millium complerent numerum; atque eos, qui in rebus talibus gloriantes producturi in medium erant columbas, quas multi empturi erant, ceu in conventu celeberrimo convivaturi. Considerabit etiam, an numulariorum erat, non accusare Jesum injuriæ propter suas ipsorum effusas pecunias & mensas subversas. Quis autem flagello e funiculis verberatus, expulsusque ab eo, qui penes eos habebatur vilis, hunc adortus non inclamasset, totis viribus sese ulciscens, cum præsertim tantam haberet multitudinem eorum, qui sibi æque contumeliam fieri credebant, faventem sibi adversum Jesum? Insuper consideremus Dei filium funiculos sumentem, sibique flagellum texentem, ad extrudendum e templo, an non repræsentet, præter audaciam & temeritatem, inordinatum etiam quiddam. At vero unum relinquitur defensionis suffugium contra hæc volenti etiam historiam servare, vis quædam Jesu divinior, qui poterat, cum vellet, inflammatum inimicorum animum extinguere, & multa hominum millia superare gratia divina, & cogitationes tumultuantium dissipare: *Dominus* enim *dissipat consilia gentium, & spernit cogitationes populorum; consilium autem Domini in sempiternum perstat:* adeo ut historia præsentis loci (si tamen hæc facta fuit) ostendat nullis quantumlibet admirabiliter ab ipso factis, atque per divinitatem invitantibus ad fidem eos, qui viderunt, virtutem nunc editam minorem fuisse: quam etiam majorem pronunciare possumus, quam quod in Cana Galilææ sit aqua in vinum mutata; nimirum quod illic inanimem materiam

mutaverit,

τοσȣτων μυριαδων δεδȣλωσθαι τα ἡγεμονικα. παρατηρητεον μεντοιγε ὁτι ἐν μεν τῳ γαμῳ ἡ μητηρ τȣ Ιησȣ εἰναι λεγεται, κεκλησθαι δε ὁ Ιησȣς και οἱ μαθηται αὐτου· εἰς δε την Καφαρναȣμ καταβεβηκεναι ȣ̓δεις πλην Ιησȣ κατειλεκται. φαινονται δ' ὑςερον και οἱ μαθηται παροντες, εἰ γε ἐμνησθησαν, ὁτι ὁ ζηλος τȣ οἰκȣ σȣ καταφαγεται με. και ταχα ἐν ἑκαςῳ των μαθητων ὁ Ιησȣς ἀναβαινων εἰς Ιεροσολυμα ἠν, διοπερ ȣ̓κ εἰρηται το· ἀνεβη Ιησȣς εἰς Ιεροσολυμα, και οἱ μαθηται αὐτȣ, ὡσπερ κατεβη εἰς Καφαρναυμ αὐτȣς, και ἡ μητηρ αὐτȣ, και οἱ ἀδελφοι, και οἱ μαθηται αὐτȣ.

Ηδη δε τα συγγενη τῳ τοπῳ, ἐκβεβλησθαι ἀπο τȣ ἱερȣ τȣς ποιȣντας αὐτον οἰκον ἐμποριȣ, παρα τοις λοιποις κειμενα κατανοητεον. και πρωτον γε τα παρα τῳ Ματθαιῳ, ὁς φησιν εἰσελθοντος τȣ κυριȣ εἰς Ιεροσολυμα σεσεισθαι πασαν την πολιν λεγȣσαν, τις ἐςιν ȣ̔τος; προ δε τȣτων διηγειται τα περι την ὀνον, και τον πωλον, ληφθεντα προςαξει τȣ κυριȣ, ὑπο δυο μαθητων ἀποςαλεντων ὑπ' αὐτȣ ἀπο Βηθφαγης εἰς την κατεναντι αὐτης κωμην ἑυρημενα, ὁπȣ και λυεται ὑπο των δυο μαθητων ἡ προτερον δεδεμενη ὀνος, κελευσθεντων, ἐαν τις αὐτοις εἰπῃ τι, ἀποκρινασθαι ὡς ἀρα ὁ κυριος αὐτων χρειαν ἐχει, και ἐυθυς αὐτȣς ἀποςελει. ἀπαγγελει δε πληρȣσθαι προφητειαν δια τȣτων γεγενημενην την φασκȣσαν· ἰδȣ ὁ βασιλευς ἐρχεται πραΰς, και ἐπιβεβηκως ἐπι ὀνον, και πωλον υἱον ὑποζυγιȣ, ἡν τινα παρα τῳ Ζαχαριᾳ ἑυρομεν· ὡς δε πορευθεντες οἱ μαθηται, και ποιησαντες ὡς προσεταξεν αὐτοις ὁ Ιησȣς ἠγαγον τον ὀνον, και τον πωλον, και ἐπεθηκαν, φησιν, ἐπ' αὐτων τα ἱματια ἑαυτων. και ἐπεκαθισεν ἐπανω αὐτων ὁ κυριος, δηλον δ' ὁτι και της ὀνȣ και τȣ πωλȣ, ὁτε και ὁ πλειςος ὀχλος ἐςρωσαν τα ἱματια ἐν τῃ ὁδῳ, ἀλλοι δε ἐκοπτον κλαδȣς ἀπο των δενδρων, και ἐςρωσαν ἐν τῃ ὁδῳ των προαγοντων, και ἀκολȣθȣντων ὀχλων κεκραγοτων· ὡσαννα τῳ υἱῳ Δαβιδ, ἐυλογημενος ὁ ἐρχομενος

mutaverit, hoc vero in loco tot myriadum ingenia, præstantissimasque animæ partes subjugarit. Cæterum observandum est matrem Jesu dici adesse nuptiis, vocatumque fuisse Jesum cum discipulis suis, neminem vero præter Jesum numerari Capharnaum descendisse. Videntur tamen postea discipuli adfuisse, quandoquidem recordati sunt scriptum esse: *Zelus domus tuæ comedit me.* Ac fortasse in singulis discipulis erat Jesus Jerosolymam ascendens, quocirca non dictum est: Ascendit Jesus Jerosolymam, & discipuli ejus, quemadmodum, *Descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & fratres & discipuli ejus.*

17. Sed jam cognata huic loco (nimirum quod ejecti fuerint e templo, qui illud facerent domum mercatus) apud cæteros posita consideranda sunt. Ac sane videamus in primis quæ sunt apud Matthæum dicentem, ingresso Domino Jerosolymam, commotam fuisse universam civitatem, dicentem: *Quis est hic?* narrantemque ante hæc de asina, & pullo, sumtis jussu Domini a duobus discipulis ab ipso missis a Bethphage, & inventis in vico e regione ipsius existente, ubi & a duobus discipulis solvitur asina antea alligata; jussis, si quis quid illis dixisset, respondere: *Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos.* Narrat etiam Matthæus per hæc impleri prophetiam factam, dicentem: *Ecce Rex venit mansuetus, & sedens super asinam & pullum filium subjugis*, quam apud Zachariam invenimus: & inquit profectos discipulos, cum fecissent quæ illis jussisset Jesus, asinam adduxisse & pullum, atque imposuisse super eos vestimenta sua; Dominumque illis, nimirum asinæ & pullo, insedisse, tum scilicet, cum turba stravit vestimenta in via, & alii ab arboribus resectos ramos in via sternerent, præcedentibus ac sequentibus turbis, quæ clamarent: *Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis.* Verum-

tamen

ἐν ὀνοματι κυριυ, ὡσαννα ἐν τοις ὑψιςοις. πλην ὡς δια ταυτα εἰσελθοντος αὐτυ εἰς Ιεροσολυμα ἐσεισθη πασα πολις λεγυσα· τις ἐςιν ὑτος; οἱ ὀχλοι, δηλον ὁτι προαγοντες και ἀκολυθυντες, ἀπεκριναντο τοις ἐρωτωσι τι ἐιη, το· ὑτος ἐςιν ὁ προφητης Ιησυς, ὁ ἀπο Ναζαρετ της Γαλιλαιας· και εἰσηλθεν Ιησυς εἰς το ἱερον, και ἐξεβαλε παντας τυς πωλυντας και ἀγοραζοντας ἐν τῳ ἱερῳ, και τας τραπεζας των κολλυβιςων κατεςρεψε, και τας καθεδρας των πωλυντων τας περιςερας· και λεγει αὐτοις· γεγραπται· ὁ οἰκος μυ οἰκος προσευχης κληθησεται, ὑμεις δε αὐτον ποιειτε σπηλαιον λῃςων. πευσωμεθα δη των περα της ἱςοριας μηδεν οἰομενων προσκεισθαι γραφοντι τῳ Ματθαιῳ το ἐυαγγελιον, τι ἠν το κατεπειγον πεμφθηναι των μαθητων δυο εἰς την κατεναντι της Βηθφαγης κωμην, ὑπερ τυ ἑυροντας αὐτυς δεδεμενην ὀνον και πωλον μετ᾽ αὐτης λυσαι, και ἀγαγειν αὐτῳ. τι δε ἀξιον ἀναγραφης ἠν γενομενον τῳ ἐπικαθεσθεντι ὀνῳ, και πωλῳ, και εἰσεληλυθοτι εἰς την πολιν; τι δε μετα περι τυ Χριςυ προφητευων ὁ Ζαχαριας φησι· χαιρε σφοδρα, θυγατερ Σιων, κηρυσσε, θυγατηρ Ιερυσαλημ· ἰδυ ὁ βασιλευς συ ἐρχεται σοι δικαιος, και σωζων αὐτος, πραϋς, και ἐπιβεβηκως ἐπι ὑποζυγιον, και πωλον νεον; εἰ γαρ ἡ προφητεια αὐτη το παρα τοις ἐυαγγελιςαις δηλυμενον σωματικον μονον προλεγει, την ἀκολυθιαν της προφητειας σωζετωσαν ἡμιν οἱ ἐπι τυ γραμματος ἱςαμενοι ὑτως ἐχυσαν· και ἐξολοθρευσει ἁρματα ἐξ Εφραϊμ, και ἱππων ἐξ Ιερυσαλημ, και ἐξολοθρευθησεται τοξον πολεμικον, και πληθος, και εἰρηνη ἐξ ἐθνων, και καταρξει ὑδατων ἑως θαλασσης, και ποταμων δι ἐκβολας γης, και τα ἑξης. ἰςεον μεντοιγε ὁτι ὐχ ὡς κειται παρα τῳ προφητῃ ἡ λεξις, ἐξεθετο αὐτην ὁ Ματθαιος· ἀντι γαρ τυ· χαιρε σφοδρα. θυγατερ Σιων, κηρυσσε, θυγατερ Ιερυσαλημ, πεποιηκεν· εἰπατε τῃ θυγατρι Σιων· ἐπιτεμομενος το προφητικον παρεσιωπησε, δικαιος, και σωζων αὐτος, και εἰπων ὡς κειται το· πραϋς και ἐπιβεβηκως· ἀντι του, ἐπι ὑποζυγιον, και πωλον νεον,

ἀνεγραψεν·

Levitæ erant) arbitratur notam esse earum animarum, quæ inveniuntur in salute extra Pleroma. Adhæc inventos in templo vendentes boves & oves, & columbas & sedentes mensarios, dici exposuit pro his, qui nihil gratiæ tribuunt, sed mercaturam putant, & lucrum, ingressum extraneorum in templum; victimas, proprii lucri & avaritiæ causa, ad cultum Dei suppeditantes. Quin etiam Jesum e funiculis fecisse flagellum, non ab alio illud accepisse, suo more pronunciat: flagellum imaginem esse dicens potentiæ, & actionis Spiritus sancti efflantis & expellentis malos; & inquit flagellum, linum, sindonem, & cætera talia, imaginem esse potentiæ & operationis Spiritus sancti. Postea sibi assumit quod scriptum non est; nimirum quod flagellum ad lignum ligatum erat; quod lignum interpretatus est figuram esse crucis; & inquit hoc ligno consumtos & deletos aleatores, mercatores, omnemque malitiam. Nec scio quomodo nugans dicat flagellum ex hisce duabus rebus paratum fuisse, quærens quomodo a Jesu factum fuerit illud: neque enim ex pelle, inquit, mortua illud fecit, ut Ecclesiam præpararet non amplius speluncam latronum & mercatorum, sed domum Patris sui. Dicendum est etiam id, quod maxime est necessarium, de divinitate ex hoc contextu ipsi Heracleoni. Nam si templum, quod Jerosolymis erat, domum proprii Patris dicit esse Jesus, factumque fuerat templum illud ad gloriam ejus, qui cœlum terramque creavit, quomodo non statim edocemur, non putare filium Dei alicujus alterius filium esse, quam ejus, qui cœlum terramque condidit? Ad hanc ergo domum Patris Jesu, tanquam existentem domum precationis, etiam Christi Apostoli (ut in illorum Actis invenimus) ab Angelo jubentur profecti stare & loqui populo omnia verba vitæ hujus. Quin etiam per portam Speciosam illic precaturi, veluti ad domum pre-

προσερχονται ἐκ ἀν τετο ποιησαντες, εἰ μη τον αὐτον ᾔδεισαν Θεȣ τῳ ὑπο των ἐκθιαζοντων τον ναον ἐκεινον προσκυνεμενῳ. διοπερ και λεγεσιν οἱ πειθαρχȣντες Θεῳ μαλλον ἠ ἀνθρωποις, Πετρος, και οἱ ἀποςολοι· ὁ Θεος των πατρων ἡμων ἠγειρεν Ιησȣν, ὀν ὑμεις διεχειρισαθε κρεμασαντες ἐπι ξυλȣ· ἐ γαρ ὑπ' ἀλλȣ ἰσασιν ἐκ νεκρων ἐγηγερμενον Ιησȣν Θεȣ, ἠ τȣτων πατερων, ὀν και ὁ Χριςος δοξαζων Θεον τȣ Αβρααμ, και Ισαακ, και Ιακωβ φησιν, εἰναι, ἐκ ὀντων νεκρων, ἀλλα ζωντων. πως δε και οἱ μαθηται, εἰ μη τȣ αὐτȣ Θεȣ Θεῳ τȣ Χριςȣ ὁ οἰκος ἠν, ἐμεμνηντο ἀν τȣ ἐν ξη ψαλμῳ εἰρημενȣ· ὁ ζηλος τȣ οἰκȣ σȣ καταφαγεται με; ἐτω γαρ κειται ἐν τῳ προφητη, και, ἐχι, κατεφαγε με. ζηλοι δε μαλιςα ὁ Χριςος τον ἐν ἑκαςῳ ἡμων οἰκον τȣ Θεȣ, μη βȣλομενος αὐτον εἰναι οἰκον ἐμποριȣ, μηδε τον οἰκον της προσευχης ληςων σπηλαιον, ἀτε Θεȣ ζηλωτȣ υἱος ὠν, ἐαν ἐυγνωμονεςερον ἀκȣωμεν των τοιȣτων ἀπο των γραφων φονων κατα μεταφοραν εἰρημενων ἀπο των ἀνθρωπινων, εἰς παραςασιν τȣ μηδεν ἀλλοτριον βȣλεσθαι τον Θεον ἐπιμιγνυσθαι τȣ βȣληματος αὐτȣ τη ψυχῃ παντων μεν ἀνθρωπων, ἐξαιρετως δε των τα της θειοτατης πιςεως παραδεξασθαι θελοντων. πλην τον ξη ψαλμον ἐχοντα το· ὁ ζηλος τȣ οἰκȣ σȣ καταφαγεται με, και μετ' ὀλιγα· ἐδωκαν εἰς το βρωμα μȣ χολην, και εἰς την διψαν μȣ ἐποτισαν με ὀξος, ἀμφοτερα ἐν τοις ἐυαγγελιοις ἀναγεγραμμενα, ἰςεον ἐκ προσωπȣ λεγεσθαι τȣ Χριςȣ, ἐδεμιαν ἐμφαινοντα τȣ λεγοντος προσωπȣ μεταβολην. σφοδρα δε ἀπαρατηρητως ὁ Ἡρακλεων οἰεται το· ὁ ζηλος τȣ οἰκȣ σȣ καταφαγεται με, ἐκ προσωπȣ των ἐκβληθεντων, και ἀναλωθεντων ὑπο τȣ σωτηρος δυναμεων λεγεσθαι, μη δυναμενος τον εἱρμον της ἐν τῳ ψαλμῳ προφητειας τηρησαι. νοȣμενων γαρ ἐκ προσωπȣ των ἐκβληθεντων, και ἀναλωθεντων δυναμεων λεγεσθαι, ἀκο-

cationis, proficiscuntur: haudquaquam hæc facturi, nisi ipsum eundem cum eo novissent Deum, qui adorabatur ab his, qui templum illud Deo consecrarant. Quocirca obedientes Deo, magis quam hominibus, Petrus & Apostoli dicunt: *Deus patrum nostrorum suscitavit Jesum, quem vos interemistis, suspendentes in ligno:* non enim ab alio Deo sciunt excitum Jesum e mortuis, nisi a Deo patrum illorum, quem Christus glorificans, Abraham, & Isaac, & Jacob Deum dicit esse, non mortuorum, sed viventium. Atque etiam quomodo Discipuli, si domus non fuisset ejusdem Dei cum Deo Christi, recordati fuissent verborum illorum: *Zelus domus tuæ comedit me*, quæ dicuntur in Psalmo sexagesimo octavo? Sic enim ponitur in Propheta, *comedit*, tempore præsenti, & non, *comedit*, tempore præterito. Diligit autem eximie Christus domum Dei in unoquoque nostrum, nolens ipsam fieri domum mercatus, neque volens, ut domus precationis spelunca fiat latronum, quippe qui Dei zelantis sit filius, si candido animo tales Scripturarum voces audimus, a rebus humanis per metaphoram desumtas, ad demonstrandum, quod Deus nolit alieni quicquam a voluntate sua admisceri animæ omnium quidem hominum, sed præcipue eorum, qui admittere volunt divinissimam fidem. Attamen sciendum est, Psalmum octavum & sexagesimum, habentem: *Zelus domus tuæ comedit me*, & post pauca: *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto* (quæ utraque in Evangeliis sunt scripta) ex persona Christi dici, nullam personæ loquentis ostendentem mutationem. Valde autem inobservanter Heracleon illud: *Zelus domus tuæ comedit me*, dici putat ex persona earum Potentiarum, quæ ejectæ fuerunt, & consumtæ a Servatore, non valens in Psalmo seriem prophetiæ servare. Nam nobis intelligentibus hæc ex ejectarum & consumtarum Potentiarum persona

 dici,

λυθον ἐςι κατ᾽ αὐτον και το· ἐδωκαν εἰς το βρωμα με χολην; και ἀπ᾽ ἐκεινων λεγεσθαι, ἐν τῳ αὐτῳ ἀναγεγραμμενον ψαλμῳ· ἀλλ᾽ ὡς εἰκος ἐταραξεν αὐτον το· καταφαγεται με, ὡς μη δυναμενον ὑπο Χριςε ἀπαγγελλεσθαι, ἐχ ὁρωντα το ἐθος των ἀνθρωποπαθων περι Θεε και Χριςε λογων.

Απεκριθησαν ἐν οἱ Ιεδαιοι, και εἰπαν αὐτῳ τι σημειον δεικνυεις ἡμιν, ὁτι ταυτα ποιεις; ἀπεκριθη Ιησες, και εἰπεν αὐτοις· λυσατε τον ναον τετον, και ἐν τρισιν ἡμεραις ἐγερω αὐτον. Οἱ σωματικοι και τοις αἰσθητοις φιλοι δοκεσι μοι νυν δη των Ιεδαιων δηλεσθαι, οἱ τινες ἐπι τοις ὑπο τε Ιησε ἀπελαυνομενοις, ποιεσιν οἰκον ἐμποριε τον οἰκον τε πατρος ἀγανακτεντες, πραγμασιν ὑπ᾽ αὐτων περιεπομενοις, ἀπαιτεσι σημειον, καθο σημειον πρεποντως φανησεται ὁ λογος, ὁν μη παραδεχονται ἐκεινοι, ταυτα ποιων. συναπτων δε ὁ σωτηρ ὡς ἑνα των περι τε ἱερε ἐκεινε τον περι τε ἰδιε σωματος λογον, ἀποκρινεται προς το· τι σημειον δεικνυεις, ὁτι ταυτα ποιεις; το· λυσατε τον ναον τετον, και ἐν τρισιν ἡμεραις ἐγερω αὐτον. ει γαρ και μυρια ὁσα σημεια ἀλλα δεικνυναι οἱος τε ἠν, ἀλλ᾽ ἐτι γε προς το, ὁτι ταυτα ποιεις, ἑτερον τι ἀλλα τα κατα τον ναον πρεποντως ἀντι των ἑτερων παρα τον ναον σημειων ἀπεκρινατο. ἀμφοτερα μεντοιγε το τε ἱερον, και το σωμα τε Ιησε, κατα μιαν των ἐκδοχων τυπος μοι εἰναι φαινεται της ἐκκλησιας, το ἐκ λιθων ζωντων οἰκοδομεισθαι αὐτην, οἰκον πνευματικον εἰς ἱερατευμα ἁγιον γινομενην, ἐποικοδομεμενην ἐπι τῳ θεμελιῳ των ἀποςολων και προφητων, ὀντος ἀκρογωνιαιε Χριςε Ιησε, χρηματιζεσαν ναον. δια δε τε· ὑμεις δε ἐςε σωμα Χριςε, και μελη ἐκ μερες, κἀν λυεσθαι δε ἡ των λιθων τε ναε ἁρμονια δοκῃ και διασκορπιζεσθαι, ὡς ἐν κά ψαλμῳ γεγραπται, παντα τα ὀςα τε Χριςε ὑπο των ἐν διωγμοις και θλιψεσιν ἐπιβελων, ἀπο των προσπολεμεντων τῃ ἑνοτητι

τε

dici, consequens est judicio suo, ut ab illis etiam dicantur verba illa: *Dederunt in escam meam fel*, quæ in eodem scripta sunt Psalmo: sed, ut probabile est, illum turbavit vox, *comedit me*, (perinde quasi a Christo dici non posset) non videntem morem Scripturarum hominum affectus Deo, & Christo tribuentium.

20. *Responderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quod ista facias? Respondit Jesus, & dixit eis: Destruite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud.* Corporis amantes ac rerum sensibilium, nunc jam mihi videntur innui Judæi: qui ægre ferentes expulsos fuisse a Jesu eos, qui domum Patris faciebant domum mercatus rebus ab ipsis gestis, signum postulant, ex quo signo filius Dei, quem illi non recipiunt, videatur hæc decenter facere. Sed conjungens Servator sermonem de corpore suo, perinde quasi loqueretur de templo illo, interrogantibus: *Quod signum ostendis, quod hæc facias:* respondet: *Destruite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud.* Nam quamvis sexcenta alia signa poterat ostendere, certe ad illud: *Quod hæc facias*, nullum aliud ostendere poterat: proinde ea, quæ ad templum pertinebant, convenienter respondit, pro aliis signis, quæ templum minime spectabant. Attamen utraque, tum templum, tum corpus Jesu, juxta unam intelligentiam, figura mihi esse videntur Ecclesiæ: eoquod hæc ædificata sit ex viventibus lapidibus; facta *domus spiritualis in sacerdotium sanctum:* superædificata *supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, summo angulari lapide Christo Jesu*, re vera templum existente. Sin vero propter illud: *Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte*, videatur junctura & convenientia lapidum templi destrui, dissiparique (ut in primo & vigesimo scriptum est Psalmo) omnia Christi ossa ab insidiis, quæ sunt in persequutionibus & tribulationibus, & ab his, qui bellum inferunt unitati templi

τȣ ναȣ ἐν διωγμοις, ἐγερθησεται ὁ ναος, και ἀναςησεται το σωμα τῃ τριτῃ ἡμερᾳ μετα την ἐνεςηκυιαν ἐν αὐτῳ κακιας ἡμεραν, και την μετα ταυτα της συντελειας· τριτη γαρ ἐν τῳ καινῳ ȣ̓ρανῳ και καινῃ γῃ ἐνςησεται, ὁτε τα ὀςα ταυτα, πας οἰκος Ισραηλ ἐν τῃ μεγαλῃ κυριακῃ ἐγερθησεται, τȣ θανατȣ νενικημενȣ, ὡςε και την γενομενην ἀναςασιν τȣ Χριςȣ ἀπο τȣ κατα τον ςαυρον παθȣς περιεχειν μυςηριον της ἀναςασεως τȣ παντος Χριςȣ σωματος. ὡσπερ δε ἐκεινο το αἰσθητον τȣ Ιησȣ σωμα Χριςῳ ἐςαυρωται, και τεθαπται, και μετα τȣτο ἐγηγερται, ȣ̔τως το ὁλον των ἁγιων Χριςȣ σωμα συνεςαυρωται, και νυν ȣ̓κετι ζῃ· ἑκαςος γαρ των, ὡς Παυλος, ἐν ȣ̓δενι ἀλλῳ καυχαται ἠ ἐν τῳ ςαυρῳ τȣ κυριȣ ἡμων Χριςȣ Ιησȣ, δἰ ȣ̔ αὐτος κοσμῳ ἐςαυρωται, και κοσμος αὐτῳ. ȣ̓ μονον ȣ̓ν Χριςῳ συνεςαυρωται και κοσμῳ ἐςαυρωται, ἀλλα και Χριςῳ συνθαπτεται· συνεταφημεν γαρ, φησι, τῳ Χριςῳ, ὁ Παυλος. και ὡσπερει ἐν τινι ἀρραβωνι ἀναςασεως γενομενος λεγει το· συνανεςημεν αὐτῳ· ἐπει ἐν καινοτητι ζωης τινι περιπατει, ὡς κατα την ἐλπιζομενην μακαριαν, και τελειαν ἀναςασιν ȣ̓ηδεπω ἀναςας. ἠτοι ȣ̓ν νυν μεν ἐςαυρωται. μετα δε ταυτα θαπτεται, ἠ νυν θαπτεται και ἀρθεις ἀπο τȣ ςαυρȣ, ποτε δε, καθο νυν τεθαπται, ἀναςησεται. μεγα δε ἐςι το της ἀναςασεως, και δυσθεωρητον τοις πολλοις ἡμων μυςεριον, ὁπερ και ἐν ἀλλοις πολλοις λεγεται των γραφων τοποις, ȣ̓χ ἡττον και ἐν τῳ Εζεκιηλ δια τȣτων ἀπαγγελλεται· και ἐγενετο ἐπ᾽ ἐμε χειρ κυριȣ, και ἐξηγαγε με ἐν πνευματι κυριȣ, και ἐθηκε με ἐν μεσῳ τȣ πεδιȣ, και τȣτο ἠν μεςον ὀςων ἀνθρωπινων, και περιηγαγε με ἐπ᾽ αὐτα κυκλοθεν κυκλω, και ἰδȣ πολλα σφοδρα ἐπι προσωπȣ τȣ πεδιȣ, και ἰδȣ ξηρα σφοδρα· και εἰπε προς με· υἱε ἀνθρωπȣ, εἰ ζησεται τα ὀςα ταυτα; και εἰπα, κυριε, κυριε, συ ἐπιςῃ ταυτα. και εἰπε προς με· προφητευσον ἐπι τα ὀςα ταυτα, και

ob persequutiones, erigetur templum, & suscitabitur corpus tertia die post diem malitiæ in ipso instantem, atque post diem consummationis hac posteriorem. Tertia enim in cœlo novo, & terra nova instabit dies, quando ossa hæc, nempe omnis domus Israel, in magna dominica excitabuntur, morte devicta, adeo ut facta resurrectio Christi a crucis passione, contineat mysterium resurrectionis totius corporis Christi. Ut autem corpus illud Jesu sensibus obnoxium, cruci affixum est, sepultumque, & postea excitum, sic totum sanctorum Christi corpus cum Christo cruci affixum est, & nunc non amplius vivit. Unusquisque enim illorum, perinde atque Paulus, in nulla re alia gloriatur, præterquam in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem ipse mundo crucifixus est & mundus illi. Quam ob rem non tantum una cum Christo cruci fuit affixus unusquisque, ac mundo, sed etiam una cum Christo sepelitur: *Consepulti enim sumus cum Christo*, inquit Paulus, addens etiam (veluti ad quempiam resurrectionis arrabonem pervenisset,) *Et cum ipso consurreximus*: postea in quadam novitate vitæ ambulat, tanquam qui beata illa, & perfecta resurrectione nondum resurrexerit. Vel igitur nunc quidem crucifixus fuit, postea vero sepelitur; vel nunc sepelitur sublatus etiam e cruce, aliquando (quatenus sepultus nunc fuit) resuscitaturus. Cæterum magnum est resurrectionis nostræ mysterium, prorsusque contemplatu difficile: quod cum in aliis multis Scripturarum locis, tum vero etiam apud Ezechielem his verbis annunciatur: *Et facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini, & posuit me in medio campi, & hic erat plenus ossibus hominum: & circumduxit me per ea in gyrum, & ecce multa valde super faciem campi siccaque vehementer: & dixit ad me: (Fili hominis, si vivent ossa hæc? Et dixit: Domine, Domine, tu scis hæc. Et dixit mihi:) Vaticinare de*

ἐρεῖς αὐτοῖς· τα ὀςα ξηρα, ἀκουσατε λογον κυριου· και μετ᾽ ὀλιγα· και ἐλαλησε κυριος προς με, λεγων· υἱε ἀνθρωπου, τα ὀςα ταυτα πας οἰκος Ισραηλ ἐςι· και αὐτοι λεγουσι· ξηρα γεγονε τα ὀςα ἡμων, ἀπολωλεν ἡ ἐλπις ἡμων, διαπεφωνηκαμεν. ποιοις γαρ ὀςοις λεγεται· ἀκουσατε λογον κυριου, ὡς αἰσθανομενοις λογου κυριου, ἀτε οὐσιν ἐν οἰκῳ Ισραηλ, ἡ τῳ Χριςου σωματι, περι οὐ ἐλεγεν ὁ κυριος· διεσκορπισθη παντα τα ὀςα μου, των σωματικων ὀςεων αὐτου μη διασκεδασθεντων, ἀλλα μηδε συντριβεντος τινος ἐξ αὐτων; ὁτε τε γινεται αὐτη ἡ ἀναςασις του ἀληθινου, και τελειοτερου Χριςου σωματος, τοτε τα μελη του Χριςου τα νυν, ὡς προς το μελλον, ξηρα ὀςα συναχθησεται, ὀςουν προς ὀςουν, και ἁρμονια προς ἁρμονιαν, οὐδενος των ἐςερημενων ἁρμονιας καταντησοντος εἰς τελειον ἀνδρα, εἰς το μετρον της ἡλικιας του πληρωματος του σωματος του Χριςου· και τοτε πολλα μελη το ἑν ἐςαι σωμα, παντων του σωματος μελων πολλων ὀντων γινομενων ἑνος σωματος· την δε κρισιν ποδος, και χειρος, και ὀφθαλμου, και ἀκοης, και ὀσφρησεως των συμπληρουντων ἰδιᾳ μεν την κεφαλην, ἰδιᾳ δε τους ποδας, και τα λοιπα των μελων, τα τε ἀσθενεςερα, και ταπεινοτερα, και ἀσχημονα, και εὐσχημονα, μονου Θεου ἐςι ποιησασθαι, ὁς συγκερασει το σωμα· και τοτε μαλλον του νυν τῳ ὑςερουντι περισσοτεραν διδους τιμην, ἱνα μηδαμως ἡ σχισμα ἐν τῳ σωματι, ἀλλα το αὐτο ὑπερ ἀλληλων μεριμνωσι τα μελη, και εἰ τινα εὐπαθειαν ἐχει μελος, συνευπαθηση παντα τα μελη, εἰτε δοξαζεται, συγχαιρῃ τα παντα.

Ταυτα μοι οὐκ ἀλλοτριως του ἱερου, και των ἀπ᾽ αὐτου ἐξηλαυνομενων, περι οὐ λεγει ὁ σωτηρ· ὁ ζηλος του οἰκου σου καταφαγεται με, εἰρηται, των τε αἰτουντων σημειον Ιουδαιων αὐτοις δειχθηναι, και της του κυριου προς αὐτους ἀποκρισεως, συναπτοντος τον του ναου λογον τῳ

του

ossibus istis, & dices eis: Ossa arida, audite verbum Domini: & post pauca: *Et locutus est ad me Dominus, dicens: Fili hominis, ossa hæc, domus est universa Israel: & ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra, periit spes nostra, abscissi sumus.* Quibus enim ossibus dicitur: *Audite verbum Domini*, tanquam quæ sentiant verbum Domini, tanquamque quæ sint in domo Israel, nisi Christi corpori, de quo dicebat Dominus: *Dissipata sunt omnia ossa mea*, cum alioqui ossa ipsius corporalia dissipata non fuerint, sed ne unum quidem ex ipsis contritum? Proinde cum efficitur resurrectio hæc veri & perfectioris corporis Christi, tunc membra Christi (nimirum ossa ea, quæ in præsentia, futuri comparatione, sunt arida) conjungentur, os scilicet ad os suum, & junctura ad juncturam: nemine, qui privatus sit junctura, occursuro in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis corporis Christi: & tunc membra multa unum erunt corpus, cum omnia corporis membra, quæ multa sunt, fient unius corporis. At discrimen pedis manusque atque oculi, ac denique auditus & olfactus, quibus complentur singulatim quidem caput, singulatim vero pedes, & cætera membra, tum imbecilliora, tum abjectiora, ac ea, quæ putantur indecora & decora, solius Dei est facere, qui simul temperabit corpus, etiam magis, quam nunc, copiosiorem honorem addens ei, cui deerit, ne dissidium sit in corpore, sed invicem alia pro aliis sollicitudinem eamdem gerant membra: & si quid patitur unum membrum, simul patientur omnia membra, sive glorificatur unum membrum, simul gaudebunt omnia membra.

21. Hæc sunt a me dicta, nec præter institutum, de templo, deque ex ipso expulsis, de quo Servator dicit: *Zelus domus tuæ comedit me:* atque etiam de Judæis petentibus signum sibi ostendi, ac denique de Domini ad ipsos responsione, conjungentis sermonem

τȢ ἰδιȢ σωματος, και φασκοντος· λυσατε τον ναον τȢτον, και τρισιν ἡμεραις ἐγερω αὐτον. ἀπο γαρ τȢτȢ τȢ ναȢ, ὀντος σωματος ΧριςȢ, δει ἀπελαυνεσθαι ταυτα ὀντα ἀλογα, και ἐμπορικα, ἱνα μηκετι οἰκος ἐμποριȢ ᾖ. και τȢτον τον ναον λυθηναι δει ὑπο των ἐπιβȢλευοντων τῳ λογῳ τȢ ΘεȢ, και μετα το λυθηναι τῃ προειρημενῃ ἡμιν τριτῃ ἡμερᾳ ἐγερθηναι· ὁτε και οἱ μαθηται, ὁτι ἐλεγε πριν λυθηναι τον ναον τȢ ΘεȢ ὁ λογος, αὐτȢ μνησθησονται ὁ ἐλεγε, και πιςευσȢσι, τελειȢμενης αὐτων τοτε μετα της γνωσεως και της πιςεως, ἀλλα και τῳ λογῳ ὁν εἰπεν ὁ ΙησȢς. και ἑκαςος δε των τοιωνδε, ΙησȢ αὐτον καθαιροντος, ἀποθεμενος τα ἀλογα, και τα πωλȢντα, δια τον τȢ ἐν αὐτοις λογȢ ζηλον καταλυθησεται, ἐπι τῳ ὑπο ΙησȢ ἐγερθηναι, Ȣ τῃ τριτῃ ἡμερᾳ, ὁσον ἐπι τῃ προκειμενῃ λεξει, Ȣ γαρ γεγραπται· λυσατε τον ναον τȢτον, και τῃ τριτῃ ἡμερᾳ ἐγερω αὐτον, ἀλλ' ἐν τρισιν ἡμεραις· ἐγειρεται γαρ ἡ τȢ ναȢ τῃ πρωτῃ μετα το λυθηναι ἡμερᾳ, και τῃ δευτερᾳ, τελειȢται δε αὐτȢ ἡ ἐγερσις ἐν ὁλαις ταις τρισιν ἡμεραις. δια τȢτο και γεγονεν ἀναςασις, και ἐςαι ἀναςασις, εἰ γε συνεταφημεν τῳ Χριςῳ, και συνανεςημεν αὐτῳ. και ἐπει Ȣκ ἀρκει εἰς την ὁλην ἀναςασιν το, συνανεςημεν, ἐν τῳ Χριςῳ παντες ζωοποιηθησονται, ἑκαςος δε ἐν τῳ ἰδιῳ ταγματι· ἀπαρχη Χριςος, ἐπειτα οἱ τȢ ΧριςȢ ἐν τῃ παρȢσιᾳ αὐτȢ, εἰτα το τελος. ἀναςασεως γαρ ἠν και το ἐν τῃ πρωτῃ ἡμερᾳ γενεσθαι ἐν τῳ παραδεισῳ τȢ ΘεȢ, ἀναςασεως δε, και ὁτε φαινομενος φησι· μη μȢ ἁπτȢ, Ȣπω γαρ ἀναβεβηκα προς τον πατερα· το δε τελειον της ἀναςασεως ἠν, ὁτε γινεται προς τον πατερα. ἐπει δε οἱ συγχεομενοι ἐν τῳ περι πατρος και υἱȢ τοπῳ, συναγοντες το· εὑρισκομεθα δε και ψευδομαρτυρες τȢ ΘεȢ, ὁτι ἐμαρτυρησαμεν κατα τȢ ΘεȢ, ὁτι ἠγειρε τον Χριςον ὁν Ȣκ ἠγειρε, και τα τȢτοις ὁμοια δηλȢντα ἑτερον εἰναι

τον

templi sermoni proprii corporis, & dicentis: *Destruite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud.* Ab hoc enim templo, quod est corpus Christi, expellantur hæc oportet, quæ rationis capacia non sunt, & quæ mercaturam exercent, ut non in posterum sit domus mercaturam exercentium. Destrui etiam hoc templum ab his, qui insidiantur sermoni Dei necesse est, cumque dirutum fuerit, tertia, quam prædiximus, die excitari: quando etiam Discipuli ejus recordabuntur, quod dixerit filius Dei, antequam destrueretur templum, perfecta tunc cum cognitione, fide etiam ipsorum: & credent sermoni, quem dixerit Jesus. Quin unusquisque, qui erit hujusmodi (Jesu illum purificante) cum deposuerit, quæ aliena sunt a ratione ac vendentia, propter inhabitantis in se filii Dei zelum, destruetur, ut a Jesu erigatur: non tertia die, quod ad propositam lectionem attinet; nec enim scriptum est: *Destruite templum hoc, & tertia die illud erigam*; sed *in tribus diebus.* Erigitur enim templi erectio, postquam destructum fuerit, prima & secunda die; perficitur autem in totis tribus diebus. Quam ob rem & facta est resurrectio & erit resurrectio, siquidem *cum Christo consepulti sumus, & cum ipso consurreximus.* Et quoniam non satis est ad integram resurrectionem illud verbum, *consurreximus*, additur, *In Christo omnes vivificabuntur, unusquisque autem in suo ordine: primitiæ Christus, deinde qui sunt Christi, in adventu ejus: postremo finis.* Resurrectionis enim illud est, prima die in Paradiso esse Dei; resurrectionis item, quando apparens, inquit: *Ne me tangas, nondum enim ascendi ad Patrem:* at perfecta est resurrectio, cum vadit ad Patrem. Quoniam vero quidam confunduntur, cum venerint ad locum de Patre & Filio, adducentes illud: *Invenimur autem & falsi testes Dei, quod testati fuerimus adversus Deum, quod excitaverit Christum, quem non excitavit;* & his similia de-

clarantia

τον ἐγειραντα παρα τον ἐγηγερμενον, και το λυσατε τον ναον τετον, και ἐν τρισιν ἡμεραις ἐγερω αὐτον, οἰον το ἐκ τετων παριςαϑαι μη διαφερειν τῳ ἀριϑμῳ τον υἱον τε πατρος, ἀλλ' ἑν, ε μονον εσια, ἀλλα και ὑποκειμενῳ τυγχανοντας ἀμφοτερες, κατα τινας ἐπινοιας διαφορες, ε κατα ὑποςασιν λεγεσϑαι πατερα και υἱον· λεκτεον προς αὐτες πρωτον μεν τα προηγεμενως κατασκευαςικα ῥητα τε ἑτερον εἰναι τον υἱον παρα τον πατερα, και ὁτι ἀναγκη τον υἱον πατρος εἰναι υἱον, και τον πατερα υἱε πατερα. μετα δε τετο εκ ἀτοπον ἐςι τον ὁμολογεντα μηδεν δυνασϑαι ποιειν, ἐαν μη τι βλεπῃ τον πατερα ποιεντα, και λεγοντα ὁτι ὁ δ' ἀν ὁ πατηρ ποιει, ταυτα ὁμοιως και ὁ υἱος ποιει, τον νεκρον ὁπερ το σωμα ἠν ἐγηγερκεναι, τε πατρος αὐτῳ τετο χαριζομενε, ὀν προηγεμενως λεκτεον ἐγηγερκεναι τον Χριςον ἐκ νεκρων. ὁ μεντοιγε Ηρακλεων το, ἐν τρισι, φησιν ἀντι τε, ἐν τριτῃ, μη ἐρευνησας, καιτοιγε ἐπιςησας τῳ ἐν τρισι, πως ἐν τρισιν ἡ ἀναςασις ἐνεργειται ἡμεραις. ἐτι δε και την τριτην φησι την πνευματικην ἡμεραν, ἐν ᾑ οἰονται δηλεσϑαι την της ἐκκλησιας ἀναςασιν. τετων δε ἀκολεϑον ἐςι πρωτην λεγειν εἰναι την σχοϊκην ἡμεραν, και την δευτεραν την ψυχικην, ε γεγενημενης της ἀναςασεως της ἐκκλησιας εν αὐταις. ἐοικε μεν τοινυν τα ὑπο των ἐν τῳ κατα Ματϑαιον και Μαρκον ἀναγεγραμμενα ἐυαγγελιῳ ψευδομαρτυρων προς τῳ τελει τε ἐυαγγελιε κατηγορεντων τε κυριε ἡμων Ιησε Χριςε, την ἀναφοραν ἐχειν ἐπι το· λυσατε τον ναον τετον, κἀγω ἐν τρισιν ἡμεραις ἐγερω αὐτον· ὁ μεν γαρ ἐλεγε περι τε ναε τε σωματος αὐτε, οἱ δ' ὑπονοεντες περι τε ἐκ λιϑων οἰκοδομηϑεντος ναε λεγεσϑαι τα ἐνταυϑα εἰρημενα ἐφασκον κατηγορεντες· ετος ἐφη, δυναμαι καταλυσαι τον ναον τε Θεε, και δια τριων ἡμερων αὐτον οἰκοδομησαι. ἠ ὡς ὁ Μαρκος· ἡμεις ἠκεσαμεν αὐτε λεγοντος ὁτι, ἐγω καταλυσω τον ναον τετον τον χειροποιητον, και δια τριων ἡμερων ἀλλον ἀχειροποιητον ἀνοικοδομησω· ὁτε και ὁ ἀρχιερευς ἀναςας εἰπεν αὐτῳ·

εδεν

clarantia alium esse eum, qui excitaxit, ab eo, qui excitatus fuit; & illud: *Destruite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud*; existimantes ex his ostendi numero non differre Filium a Patre, sed utrumque non solum substantia, sed etiam subjecto unum, secundum quasdam intelligentias, non secundum hypostasim diversos dici Patrem & Filium: illis respondere debemus, in primis quidem ea verba, quæ præcipue adstruant alium esse Filium a Patre, & quod necessario Filius sit Patris filius, & Pater Filii sit pater; tum vero non absurdum esse, eum, qui fateatur se nihil posse facere, nisi quod viderit Patrem facientem, quique dicat: *Quidquid autem Pater facit, similiter etiam Filius facit*, corpus, quod mortuum erat, excitasse, Patre hoc illi donante: qui Pater præcipue dicendus est Christum excitasse e mortuis. Sane Heracleon inquit, *In tribus*, pro eo, quod est, In tertia, non obscrutatus (quamvis notarit voculas, *in tribus*) quomodo in tribus diebus peragatur resurrectio. Adhuc autem & tertiam diem appellat spiritualem, in qua declarari putant Ecclesiæ resurrecttionem. His vero consequens est, ut prima dies terrestris, secunda animalis dicatur, non facta Ecclesiæ resurrectione in ipsis. Videntur equidem, quæ scripta sunt in Evangelio secundum Matthæum & Marcum de falsis testibus, in fine Evangelii accusantibus Dominum nostrum Jesum Christum, relationem habere ad illud: *Destruite templum hoc, & ego in tribus diebus erigam illud.* Ille enim de templo corporis sui dicebat, quæ illi suspicantes de eo templo dici, quod ex lapidibus ædificatum fuerat, quæ hic dicta sunt, dixerunt accusantes: *Hic dixit: Possum destruere templum Dei, & per tres dies illud ædificare*: vel ut Marcus: *Nos audivimus hunc dicentem: Ego diruam templum hoc manu factum, & per tres dies aliud non manu factum reædificabo*, quando & summus sacerdos surgens dixit illi: *Nihil respondes?*

ὐδεν ἀποκρινῃ; τι ὑτοι συ καταμαρτυρυσιν; ὁ δε Ιησυς ἐσιωπα· ἠ ὡς ὁ Λυκας Φησι· και ἀνασας ὁ ἀρχιερευς εἰς μεσον ἐπηρωτησε τον Ιησυν λεγων· ὐκ ἀποκρινῃ ὐδεν; τι ὑτοι συ καταμαρτυρυσιν; ὁ δε ἐσιωπα, και ὐκ ἀπεκρινατο ὐδεν. νομιζω δ' ἀναγκαιως και ταυτα παρατεθεισθαι την ἀναφοραν ἐχοντα ἐπι το ἐν χερσι ῥητον.

Εἰπαν ὐν οἱ Ιουδαιοι· τεσσαρακοντα και ἐξ ἐτεσιν ᾠκοδομηθη ὁ ναος ὑτος, και συ ἐν τρισιν ἡμεραις ἐγερεις αὐτον; Πως τεσσαρακοντα και ἐξ ἐτεσιν ᾠκοδουμησθαι φασι τον ναον οἱ Ιυδαιοι λεγειν ὐκ ἐχομεν, εἰ τῃ ἱσορια κατακολυθησαιμεν. γεγραπται γαρ ἐν τῃ τριτῃ των βασιλειων, ὡς ἡτοιμασαν τυς λιθυς, και τα ξυλα τρισιν ἐτεσιν· ἐν δε τῳ τεταρτῳ ἐτει, μηνι δευτερῳ, βασιλευοντος τυ βασιλεως Σολομωντος ἐπι Ισραηλ, ἐνετειλατο ὁ βασιλευς, και αἰρυσι λιθυς μεγαλυς τιμιυς εἰς το θεμελιον τυ οἰκυ, και λιθυς ἀπελεκητυς· και ἐπελεκησαν οἱ υἱοι Σολομωντος, και οἱ υἱοι Χειραμ· και ἐβαλον αὐτυς ἐν τῳ τεταρτῳ ἐτει, και ἐθεμελιωσαν τον οἰκον κυριυ ἐν μηνι Νεισαν, και τῳ δευτερῳ μηνι ἑνδεκατῳ ἐνιαυτῳ, μηνι Βααλ, ὁς ἠν μην ὀγδοος, συνετελεσθη ὁ οἰκος εἰς παντα λογον αὐτυ, και εἰς πασαν διαταξιν αὐτυ. ἱνα ὐν και την ἑτοιμασιαν αὐτυ συγκατατάξωμεν τῳ χρονῳ της οἰκοδομης ἑνδεκα ἐτη τα παντα ὐ συμπληρυται εἰς την οἰκοδομην τυ ναυ. πως ὐν οἱ Ιυδαιοι λεγυσι, τεσσαρακοντα και ἐξ ἐτεσιν ᾠκοδομηθη ὁ ναος ὑτος; εἰ μη ἀρα τις βιασαμενος φιλοτιμησηται παραςησαι των τεσσαρακοντα και ἐξ ἐτων πληρυμενον χρονον, ἀφ' ὑ ὁ Δαβιδ Φησι προς Ναθαν τον προφητην, βυλευσαμενος περι της οἰκοδομης τυ ναυ· ἰδυ ἐγω κατοικω ἐν οἰκῳ κεδρινῳ, και ἡ κιβωτος του Θευ καθηται ἐν μεσῳ της σκηνης· εἰ γαρ κεκωλυται, ὡς ἀνηρ αἱματων οἰκοδομησαι αὐτον, ἐοικε γε ἠσχολησθαι περι την συναγωγην της ὑλης τυ ναυ. φησι γυν ἐν τῃ πρωτῃ των Παραλειπομενων Δαβιδ ὁ βασιλευς, πασῃ τῃ ἐκκλησιᾳ· Σολομων ὁ υἱος μυ, εἰς ὁν ἡρετικεν αὐτον

κυριος,

cur isti adversum te testificantur: At Jesus tacebat: vel ut Lucas inquit: *Et surgens summus sacerdos in medium, interrogabat Jesum dicens: Non respondes quidquam? cur isti adversum te dicunt testimonia? At ille tacebat, neque quidqam respondebat.* Arbitror vero necessario etiam hæc citata fuisse relationem habentia ad eum textum, qui est præ manibus.

22. *Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus eriges illud?* Quomodo quadraginta & sex annis exstructum fuisse Judæi dicant templum hoc, si historiam sequamur, dicere non possumus. Nam in tertio Regum scriptum est, quod præparaverint *lapides & ligna tribus annis. In quarto autem anno, mense secundo, regnante rege Solomone super Israel, mandavit rex, & tollunt lapides grandes, lapides pretiosos pro fundamento domus, atque lapides impolitos: & sculpserunt eos filii Solomonis, & filii Chiram, jeceruntque eos pro fundatione in quarto anno, & fundaverunt domum Domini in mense Nisan (is est secundus mensis.) Undecimo autem anno, in mense Baal, qui est mensis octavus, perfecta est domus per omnes partes suas, & juxta cunctam dispositionem suam.* Ut ergo etiam præparationem ejus cum tempore structuræ annumeremus, undecim annorum numerus non completur ad structuram templi. Quam ob rem quomodo Judæi dicunt, quadraginta & sex annis ædificatum fuisse templum hoc? Nisi forte quis, qui urgeretur, contenderet ostendere tempus quadraginta & sex annorum compleri ab eo tempore, quo David inquit ad Nathan prophetam, consulens de ædificatione templi: *En ego habito in domo cedrina, & arca Dei manet in medio tentorii.* Nam etiam si prohibitus fuit, ceu vir sanguinum, ipsum ædificare, at saltem videtur se exercuisse circa colligendam materiam templi. Inquit ergo in primo Paralipomenon libro rex David cunctæ congregationi: *Solomon filius meus, in*

quem

κυριος, νεος και ἁπαλος, και το ἐργον μεγα, ὁτι ἐκ ἀνθρωπῳ οἰκοδομει, ἀλλα κυριῳ Θεῳ· κατα πασαν την δυναμιν ἡτοιμακα εἰς οἰκον Θεȣ μȣ χρυσιον, ἀργυριον, χαλκον, και σιδηρον, ξυλον, λιθȣς Σοομ, και πληρωσεως, και λιθȣς πολυτελεις, και ποικιλȣς, και παντα λιθον τιμιον, και παριον πολυ· ἐτι ἐν τῳ εὐδοκησαι με ἐν οἰκῳ Θεȣ μȣ, ἐςι μοι ὁ περιπεποιημαι χρυσιον, και ἀργυριον, και ἰδȣ δεδωκα εἰς οἰκον κυριȣ μȣ εἰς ὑψος, ἐκ τοσων ἡτοιμασα εἰς τον οἰκον των ἁγιων, τρισχιλια ταλαντα χρυσιȣ τȣ ἐκ Σȣφειρ, και ἑπτακιςχιλια ταλαντα ἀργυριȣ δοκιμȣ, ἐπαλειφηναι ἐν αὐτοις τȣς οἰκȣς τȣ Θεȣ, δια χειρος τεχνιτων. ἐβασιλευσε γαρ ὁ Δαβιδ ἑπτα ἐτη ἐν Χεβρων, και λγʹ ἐν Ιερȣσαλημ. ἐαν ȣ̓ν δυνηθῃ ἀποδειξαι την ἀρχην της περι τȣ ναȣ κατασκευης γεγονεναι συναγοντος αὐτȣ την ἐπιτηδειον ὑλην ἀπο τȣ εʹ χρονȣ της βασιλειας αὐτȣ, δυνησεται βιασαμενος περι των μςʹ ἐτων εἰπειν· ἀλλος δε τις ἐρει τον δεικνυμενον μη τον ὑπο Σολομωντος ᾠκοδομημενον εἰναι ἐκεινον γαρ κατεςραφθαι κατα τȣς της αἰχμαλωσιας χρονȣς, ἀλλα τον ἐπι Εσδρα οἰκοδομηθεντα, περι ȣ̓ ȣ̓κ ἐχομεν τρανως τον των τεσσαρακοντα και ἐξ ἐτων ἀποδειξαι ἀληθευομενον λογον· ἐοικε δε και κατα τα Μακκαβαϊκα πολλη τις ἀκαταςασια γεγονεναι περι τον λαον και τον ναον, και ȣ̓κ οἰδα εἰ ποτε ἀνῳκοδομηθη τοσȣτοις ἐτεσιν ὁ ναος. ὁ μεντοιγε Ηρακλεων μηδε ἐπιςησας τῃ ἱςοριᾳ φησι τον Σολομωντα τεσσαρακοντα και ἑξ ἐτεσι κατεσκευακεναι τον ναον, εἰκονα τυγχανοντα τȣ σωτηρος, και τον ςʹ ἀριθμον, εἰς την ὑλην, τȣτεςι το πλασμα ἀναφερει. τονδε των τεσσαρακοντα, ὁ τετρας ἐςι, φησιν, ἡ ἀπροσπλοκος, εἰς το ἐμφυσημα, και το ἐν τῳ ἐμφυσηματι σπερμα. ὁρα δε ει δυνατον τον μεν μʹ δια τα τεσσαρα τȣ κοσμȣ ςοιχεια ἐν τοις ἠγωνισμενοις εἰς τον ναον ἐγκατασσομενα λαμβανειν· τον δε ςʹ. δια το τῃ ἑκτῃ ἡμερᾳ γεγονεναι τον ἀνθρωπον.

quem complacuit sibi Dominus, juvenis est, & delicatus: opusque magnum est, quoniam non homini, sed Domino Deo ædificat. Præparavi illi pro viribus meis ad domum Dei mei construendam, aurum, argentum, æs, & ferrum, lignum, lapides Soem, & plenitudinis lapidesque sumtuosos & varios, & omnem lapidem pretiosum & Parium multum. Adhuc etiam, ut complacerem in domo Dei mei, est mihi, quod acquisivi, aurum & argentum: & ecce dedi in domum Dei mei in altitudinem: ex tot præparavi in domum sanctorum tria millia talentorum auri ex Suphir; & septem millia talentorum argenti probati, ut incrustetur ex ipsis domus Dei per manus artificum. Regnavit enim David annis septem in Hebron, & tria supra triginta in Jerusalem. Quare si poterit quis ostendere principium præparationis templi fuisse, colligente eo materiam convenientem a tempore quinti anni regni sui, poterit, si urgeatur, dicere de quadraginta sex annis. Alius vero quispiam dicet templum, quod ostenditur, non esse illud a Solomone exstructum, nam eversum fuit captivitatis temporibus; sed quod Esdra ædificaverit: de quo non possumus aperte ostendere orationem vera narrantem de quadraginta & sex annis. Apparet etiam apud Maccabaica multam inconstantiam, & confusionem fuisse circa templum & circa populum; & haud scio, an tunc reædificatum fuerit tot annis. Sane Heracleon, ne inspecta quidem historia, Solomonem inquit quadraginta & sex annis ædificasse templum, quod erat imago Servatoris: ac sex numerum ad materiam, id est ad effectionem refert; quadraginta autem numerum, qui est, inquit, quaternio copulari nescius, ad insufflationem semenque insufflationis. Tu vero vide, num possis accipere per quadragenarium numerum quatuor elementa mundi, quæ ponuntur in angulis templi: per senarium vero, hominem sexta die factum.

Εκεινος δε ἐλεγε περι τȣ ναȣ τȣ σωματος αὐτȣ. ὁτι ἐν ἠγερθη ἐκ νεκρων, ἐμνησθησαν οἱ μαθηται αὐτȣ ὁτι τȣτον ἐλεγε, και ἐπιςευσαν τῃ γραφῃ, και τῳ λογῳ ὀν εἰπεν ὁ Ιησȣς εἰς το ὁτι το σωμα τȣ υἱȣ ναος αὐτȣ εἰρηται. ζητησαι δε ἀξιον ποτερον ἀπλȣςερον τȣτο ἐκληπτεον, ἡ ἑκαςον των ἀναγεγραμμενων περι τȣ ναȣ φιλοτιμητεον ἀναγειν εἰς τον περι τȣ σωματος Ιησȣ, λογον, ἡτοι ȣ̓ εἰληφεν ἐκ της παρθενȣ, ἡ της ἐκκλησιας σωματος αὐτȣ λεγομενης εἰναι, ὡς και ἡμας μελη τȣ σωματος αὐτȣ παρα τῳ ἀποςολῳ ὀνομαζεσθαι. ὁ μεν ἐν τις πραγματων αὐτον ἀπαλλαττων τῳ ἀπογυμνωσει ἑκαςον δυνασθαι των κατα τον ναον ἀναφερειν ἐπι τι σωμα, ὁποτερως ἀν ἐχῃ, ἐπι το ἀπλȣςερον καταφευξεται, λεγων δια τȣτο σωμα ἑκαςερως νοȣμενον τον ναον ὠνομασθαι, ἐπει ὡσπερ ὁ ναος δοξαν εἰχε Θεȣ κατασκηνȣσαν ἐν αὐτῳ, ȣ̓τως εἰκονα και δοξαν Θεȣ ὑπαρχοντα τον πρωτοτοκον πασης κτισεως, το σωμα, ἡ την ἐκκλησιαν ἀγαλματοφορȣντα ναον ἐυλογως εἰρησθαι Θεȣ' ἡμεις δε το μεν περι ἑκαςȣ των ἐν τῃ τριτῃ των βασιλειων περι τȣ ναȣ εἰπειν δυσδιηγητον ὁρωντες, και πολλῳ της λεξεως ἡμων μειζον, ἀλλως τε και ȣ̓ κατα την παρȣσαν γραφην, ὑπερτιθεμεθα. πλην ἐν τοις τοιȣτοις, μαλιςα δια το ὑπερ την ἀνθρωπινην εἰναι φυσιν, και κατα την τȣ Θεȣ σοφιαν, το ἰδιον της θεοπνευςȣ γραφης ἐμφαινεσθαι πειθομενοι, σοφιαν ἐν μυςηριῳ, την ἀποκεκρυμμενην, ἡν ȣ̓δεις των ἀρχοντων τȣ αἰωνος τȣτȣ ἐγνωκε παριςασης, και καταλαμβανοντες ἐξαιρετȣ πνευματος σοφιας ἑαυτȣς δεομενȣς, προς το τα τηλικαυτα ἱεροπρεπως νοησαι, ὡς ἐνι μαλιςα δἰ ὀλιγων την περινοιαν των κατα τον τοπον διαγραψαι πειρασομεθα, σωμα την ἐκκλησιαν, και οἰκον Θεȣ ἐκ λιθων ζωντων οἰκοδομȣμενον, οἰκον πνευματικον εἰς ἱερατευμα ἁγιον μανθανοντες ἀπο τȣ Πετρȣ τυγχανον, ὡς τον οἰκοδομȣντα

23. *At ille dicebat de templo corporis sui. Cum ergo surrexit e mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quod hoc dixisset, & crediderunt Scripturæ & sermoni, quem dixerat Jesus*, nempe corpus Filii vocari templum ejus. Quæsitu autem dignum est, simpliciterne hoc accipiendum sit, an contendendum sit singula, quæ de templo scribuntur, referre ad sermonem de corpore Jesu, videlicet quod ipse ex Virgine sumsit, vel ad Ecclesiam, quæ ipsa etiam corpus Christi dicitur, & ob quam nos etiam membra ipsius Christi apud Apostolum nominamur. Atque molestiis quidem seipsum liberans aliquis, & desperando singula referre se posse, quæ de templo dicuntur, ad corpus, utrolibet modo se habeat, ad intelligentiam simpliciorem confugiet, dicens idcirco corpus utroque modo intellectum, templum nuncupatum fuisse, quod quemadmodum templum illud gloriam Dei habebat in seipso habitantem, ita imago, & gloria Dei existens primogenitus omnis creaturæ repræsentans corpus suum, vel Ecclesiam, templum Dei rationabiliter fuerit dictum. Nos vero videntes quidem difficile esse de singulis rebus templi disserere, quæ in Regum tertio dicuntur, longeque majus oratione nostra, alioqui etiam ad præsentem scriptionem non pertinens, differimus. Cæterum in hujusmodi rebus persuasum habentes ad Dei sapientiam pertinere proprietates explicare divinitus inspiratæ Scripturæ, quæ sapientiam docet in mysterio reconditam, quam nullus principum sæculi hujus cognovit; cum id præsertim naturæ humanæ captum superet, deprehendentes insuper nos ipsos eximii spiritus sapientia egere, ad intelligendum talia, ut Sacerdotem decet; quam paucissimis poterimus, describere hujus loci intelligentiam tentabimus, edocti a Petro Ecclesiam corpus esse, & domum Dei ex lapidibus viventibus ædificatam, domum spiritualem in sacerdotium sanctum, ita ut Davidis filius sit hanc ob

μεντα τον ναον υἱον Δαβιδ κατα τουτο Χριςου εἶναι τυπον, μετα τους πολεμους εἰρηνης βαθυτατης γεγενημενης οἰκοδομουντα εἰς δοξαν του Θεου τον ναον ἐν τῃ ἐπιγειῳ Ιερουσαλημ, ἱνα μηκετι παρα μετακινητῳ πραγματι τῃ σκηνῃ λατρεια ἐπιτεληται, ἑκαςον των κατα τον ναον εἰς την ἐκκλησιαν ἀναγειν πειρασομεθα. ταχα γαρ ἑως παντες οἱ ἐχθροι ὑποποδιον γενωνται των Χριςου ποδων, και ὁ ἐσχατος ἐχθρος θανατος καταργηθῃ, ἡ τελειοτατη εἰρηνη ἐςαι, ὁτε Χριςος ἐςαι Σολομων, ὁπερ ἑρμηνευεται, εἰρηνικος, πληρουμενης της προφητειας εἰς αὐτον λεγουσης· μετα των μισουντων την εἰρηνην ἠμην εἰρηνικος. και τοτε ἑκαςος των ζωντων λιθων, κατα την ἀξιαν του ἐνταυθα βιου, ἐςαι του ναου λιθος· ὁ μεν τις ἐν τῳ θεμελιῳ ἀποςολος, ἡ προφητης βαςαζων τους ἐπικειμενους· ὁ δε τις μετα τους ἐν τῳ θεμελιῳ ὑπο μεν των ἀποςολων βαςαζομενος, και αὐτος συν τοις ἀποςολοις συμβαςαζων τους ὑποδεεςερους· και ὁ μεν τις ἐςαι λιθος των ἐνδοτατων, ἐνθα ἡ κιβωτος, και τα χερουβιμ, και το ἱλαςηριον· ἑτερος δε του περιβολου, και ἀλλος ἐτι ἐξω του περιβολου των λευιτων και ἱερεων, λιθος του θυσιαςηριου των ὁλοκαρπωματων. την δε περι τουτων οἰκονομιαν, και λειτουργιαν ἐγχεισθησονται ἁγιαι δυναμεις, ἀγγελοι Θεου, ἁι μεν τινες ουσαι κυριοτητες, ἡ θρονοι, ἡ ἀρχαι, ἡ ἐξουσιαι· ἁι δε τουτοις ὑποτεταγμεναι, ὡν τυποι οἱ τρισχιλιοι και ἑξακοσιοι ἀρχοντες ἐπιςαται, ἀρχοντες καθεςαμενοι ἐπι των ἐργων των Σολομων, και ἑβδομηκοντα χιλιαδες των αἰροντων ἀρσιν, και ἁι των λατομων ὀγδοηκοντα χιλιαδες ἐν τῳ ὀρει, οἱ ποιουντες τα ἐργα, και ἑτοιμαζοντες τους λιθους και τα ξυλα. παρατηρητεον δε ὁτι οἱ μεν ἀναγεγραμμενοι αἰρειν ἀρσιν, ἑβδομαδος εἰσι συγγενεις. οἱ δε λατομοι, και ἐκτυπουντες τους λιθους, προς το ἁρμονιους αὐτους γενεσθαι τῳ ναῳ ὀγδοαδι προσῳκειωνται· οἱ δε ἐπιςαται ἑξακοσιοι τυγχανοντες, τῳ του ἑξ τελειῳ ἀριθμῳ οἱονει ἐφ' ἑαυτον πολυπλασιαζομενῳ συναπτονται· τα μεντοιγε της ἑτοιμα-

σιας

ıſam Chriſti figura, ædificans templum: qui poſt ıla, pace altiſſima facta, ædificat ad gloriam Dei nplum in terreſtri Jeruſalem, ne in poſterum cul- Dei perficiatur in tentorio ſubinde mutabili, ſin- as res templi ad Eccleſiam referre tentabimus: rtaſſis enim ſi inimici omnes ſubſellium fiant pedum riſti, & ultimus inimicus, nempe mors, abolea- , perfectiſſima pax erit, quando Chriſtus erit So- non, quem ſi interpreteris, eſt Pacificus: impleta ipſum prophetia, quæ dicit: *Cum his, qui oderunt ha- ınt pacem, eram pacificus.* Ac tunc unusquisque vi- ns lapis pro dignitate præſentis vitæ erit templi la- : alter quidem in fundamento Apoſtolus, vel Pro- eta portans ſuperimpoſitos: alter vero poſt eos, i ſunt in fundamento, portatus quidem & ipſe ab oſtolis, alios ſed ipſe etiam portans infirmiores m Apoſtolis: atque etiam alter quidem lapis erit ıltiſſimus, ubi arca, & Cherubim eſt & propitia- 'ium: alter vero lapis veſtibuli, & alius adhuc ex- veſtibulum Levitarum & Sacerdotum, lapis alta- , in quo offeruntur fructuum oblationes. Porro rum rerum œconomia & miniſterium concredetur ıctis Virtutibus, nempe Angelis Dei, quarum ali- æ quidem ſunt Dominationes, vel Throni, vel ncipatus, vel Poteſtates; aliquæ vero his ſubjectæ: arum figuram gerunt ſexcenti illi ſupra tria millia æfecti, præfecti principes conſtituti ſuper opera lomonis: & ſeptuaginta chiliades geſtantium onera: octoginta chiliades lapicidarum in monte facientes eras: & præparantes lapides & ligna. Et obſer- ndum, quod qui ſcribuntur geſtare onera numeri tenarii ſint cognati. Rurſum lapicidæ & ſcalpen- lapides, ut convenienter ſint in templo, octona- numero ſunt ſimiles. At præfecti illi ſexcenti exi- ntes, numeri ſenarii perfectioni, ut qui in ſeipſum ıltiplicetur, conjunguntur. Jam vero præparationes

 lapidum,

σιας των λιθων αἰρομενων, και ἐυτρεπιζομενων εἰς την οἰκοδομην τρισιν ἐτεσιν ἐπιτελεμενα ἐμφαινεσθαι μοι δοκ του ἐν αἰωνιῳ τῃ τριαδι συγγενους διαςηματος τον αἰω χρονον. ταυτα δε ἐςαι, ὁταν εἰρηνη τελειωθῃ μετα ἐπι της οἰκονομιας των κατα την ἀπ' Αἰγυπτου ἐξοδον πραγματων τετρακοσια και τριακοντα, και των κατα την Αἰγυπτον οἰκονομηθεντων μετα Ιωσου, και λ' ἐτη της προς τον Αβρααμ ἀπο Θεου διαθηκης, ὡς εἰναι ἀπο του Αβρααμ ἐπι την ἀρχην της οἰκοδομης του ναου σαββατικους ἀριθμους δυο, τον ἑπτακοσια και ἑβδομηκοντα, ἐπι και ἐντελειται ὁ βασιλευς ἡμων ὁ Χριςος ταις των νωτοφορων ὁ. χιλιασιν μη τους τυχοντας παραλαμβανειν λιθους εἰς τον θεμελιον του οἰκου, ἀλλα λιθους μεγαλους, τιμιους, ἀπελεκητους, ἱνα πελεκηθωσιν, οὐχ ὑπο των τυχοντων ἐργατων, ἀλλ' ὑπο των Σολομωντος υἱων· τουτο γαρ ἐν τῃ τριτῃ των βασιλειων γεγραμμενον ἐυρομεν. τοτε δε δια την πολλην εἰρηνην και ὁ της Τυρου βασιλευς Χειραμ συνεργει τῃ οἰκοδομῃ του ναου, διδους ἑαυτου τους υἱους τοις υἱοις του Σολομωντος, συμπελεκαν τους μεγαλους, και τιμιους λιθους τῳ ἁγιῳ και ἐν τῳ τεταρτῳ ἐτει ἱδρυμενους εἰς την θεμελιωσιν του οἰκου του κυριου. ὀγδοαδι μεντοιγε ἐτων συντελειται ὁ οἰκος τῳ ὀγδοῳ μηνι του ὀγδοου ἐτους ἀπο της θεμελιωσεως.

Οὐδεν δε ἀτοπον ἐςαι δια μεσου τοις μηδεν περα της ἱςοριας οἰομενοις δια τουτων δηλουσθαι δυσωπητικους λογους προσαγαγειν προς το ὡς πνευματος γραμματων ζητησαι του πνευματος νυν ἐν τουτοις ἀξιον. ἀρα γαρ οἱ των βασιλεων υἱοι ἐσχολαζον τῃ πελεκησει των μεγαλων και τιμιων λιθων, ἀναλαμβανοντες τεχνην βασιλικης ἐυγενειας ἀλλοτριαν; και ὁ ἀριθμος των νωτοφορων, και λατομων και ἐπιςατων, του γε χρονου της ἑτοιμασιας των λιθων, και της ἐπισημειωσεως των ὁμοιων ὡς ἐτυχεν ἀναγεγραπται; ἐχρην δε τον ἁγιον ἐν εἰρηνῃ κατασκευαζομενον οἰκον τῳ Θεῳ ᾠκοδομησθαι χωρις σφυρας,

και

lapidum, qui tolluntur & aptantur ad structuram, tribus annis perfectæ, ostendere mihi videntur solum tempus intervalli cognati triadi, quæ sempiterna est. Quæ omnia quidem erunt, cum pax perfecta fuerit post annos trecentos & quadraginta œconomiæ rerum factarum, dum egrederentur ex Ægypto, atque earum, quæ in Ægypto gestæ sunt post annos quadringentos & triginta testamenti ad Abraham; ut sint ad Abraham usque ad principium ædificationis templi, sabbatici, hoc est septenarii numeri duo: nempe septingentesimus & septuagesimus: quando etiam mandabit rex noster Christus septuaginta chiliadibus onera humeris gestantium, ne obvios & vulgares tollant lapides, ad domus fundamentum: sed lapides grandes, pretiosos, non scalptos: qui non a quibusvis artificibus scalpantur, sed a Solomonis filiis: nam hoc in Regum tertio scriptum invenimus. Tunc etiam propter multam pacem, Tyri rex Chiram coadjuvat ædificationem templi, datis suis ipsius filiis Solomonis filiis, ut scalpant grandes, & pretiosos lapides sanctæ domus, etiam in quarto anno, sedentes ad fundationem domus Dei. Cæterum octonario numero annorum completur domus, octavo mense octavi anni a fundatione.

24. Nihil autem absurdi erit, existimantibus præter historiam declarari per hæc aliud nihil, in medio sermone verba adhibere, quibus pudore perfundantur & flectantur ad quærendum in his, ceu literis Spiritus, sensum Spiritu dignum. An regum filii vacabant scalptioni grandium & pretiosorum lapidum, sumta arte a regia generositate & nobilitate aliena? An etiam numerus humeris onera gestantium & lapicidarum & præfectorum, ac postremo temporis præparationis lapidum rerumque similium vulgariter inscriptus est? Scilicet Deo ædificari necesse erat domum sanctam, quæ in pace construebatur, sine mal-

και πελεκεας, και παντες σιδηρου σκευους, ἵνα μηδεν ἀκολουθῃ θορυβωδες ἐν τῳ ναῳ του Θεου. παλιν δε ἀπορω προς τους τῃ λεξει δουλευοντας, πως δυνατον ὀγδοηκοντα χιλιαδων λατομων τυγχανουσων λιθοις ἀκροτομοις ἀργοις ᾠκοδομησθαι τον οἰκον του Θεου, σφυρας και πελεκεως, και παντος σκευους σιδηρου ὐκ ἀκουσθεντος ἐν τῳ οἰκῳ αὐτου, ἐν τῳ οἰκοδομεισθαι αὐτον; ἀλλα μηποτε οἱ λατομουμενοι λιθοι ζωντες ἀψοφητι, και ἀταραχως λατομουνται ἐξω του κατα τον ναον, ἵνα ἑτοιμοι ἐλθωσιν ἐπι το ἁρμοζον αὐτοις της οἰκοδομης χωριον. και ἀναβασις δε τις περι τον οἰκον του Θεου μη γεγωνιωμενη, ἀνακλασεις ἐυθειων ἐχουσα. γεγραπται γαρ· και ἑλικτη ἀναβασις εἰς τα μεσον, και ἐκ της μεσης ἐπι τα τριωροφα· ἑλικοειδη γαρ ἐχρην εἰναι την ἐν τῳ ναῳ του Θεου ἀνοδον της ἑλικος ἀναβασει τον ἰσαιτατον κυκλον μιμουμενης. ἵνα δε ὐτος ὁ οἰκος βεβαιος ᾖ, ὡς ἐνι καλλιςα, οἰκοδομουνται δεσμοι αὐτῳ δι' ὁλου οἰκου πεντε ἐν πηχει το ὑψος, ἵνα ἡ ἀπο των αἰσθητων ἐπι τας καλουμενας θειας αἰσθησεις ἀνοδος δηλωθῃ ἐν ὑψει τυγχανουσα, προς κατανοησιν των νοητων. μακαριωτερων δε λιθων χωριον ἐοικεν εἰναι το καλουμενον Δαβειρ, ἐνθα ἡ κιβωτος της διαθηκης του κυριου ἠν, ἰν' ὐτως εἰπω, το χειρογραφον ἐτυγχανε του Θεου, αἱ πλακες γεγραμμεναι τῳ δακτυλῳ αὐτου. ὁ δε οἰκος ὁλος χρυσουται, ὁλον γαρ, φησι, τον οἰκον περιεχρισε χρυσιῳ, ἑως συντελειας παντος του οἰκου. τα μεντοι δυο Χερουβειμ ἐν τῳ Δαβειρ ἠν, ὁπερ ὐ δεδυνηνται ἑρμηνευσαι κυριως οἱ μεταλαμβανοντες εἰς Ἑλληνισμον τα Ἑβραιων. καταχρηςικωτερον δε τινες ναον αὐτον εἰρηκασι του ναου τιμιωτερον τυγχανοντα. παντα μεντοιγε χρυσος τα κατα τον οἰκον γεγενηται, εἰς συμβολον του τελειουμενου παντως νου προς την των νοητων ἀκριβη ἀποταξιν· ἐπει δε πανταπασιν ὐκ ἐςι βατα

και

leo & securi & quovis ferri instrumento, ut turbulentum nihil sequeretur in templo Dei. Proinde rursus contra hos, qui literæ serviunt, quæstionem moveo: Qui fieri poterat, ut chiliades octoginta lapicidarum cum essent, ædificaretur domus Dei lapidibus duris, candidis, neque malleo, neque securi, seu aliquo ferri instrumento audito in domo ipsius, dum ipsa ædificaretur? Vide vero, ne forte viventes lapicidis lapides, sine strepitu secti & tumultu, exscindantur alicubi extra templum, ut parati veniant ad structuræ locum convenientem. Quin ascensus quidam est circa domum Dei non habens angulos, sed flexiones rectarum linearum. Scriptum est enim: *Et ascensus flexuosus erat ad medium thalamum; & a medio usque ad tertium laqueare.* Flexuosum enim esse necesse erat in Dei templo ascensum ipsum: linea obliqua ascensu ipso imitante circulum æquissimum. Jam vero ut domus hæc sit firma, ædificantur illi quam pulcherrime vincula quinque per totam domum unius cubiti altitudine: ut innuatur debere nos ascendere in sublime a rebus sensibilibus ad eos sensus, quos divinos vocant: contuendi ac contemplandi causa res eas, quæ animo cernuntur. Porro beatiorum lapidum locus ille esse videtur, qui vocatur Dabir; ubi arca testamenti Domini erat, & chirographum (ut ita dicam) Dei, nempe tabulæ scriptæ digito ipsius. At tota domus inauratur: *Totam* enim, inquit, *domum aura circumquaque auravit usque ad perfectionem universæ domus.* Præterea duo Cherubim in Dabir erant, quod proprie interpretari non potuerunt, qui res Ebraicas in Græcum transtulerunt. Abusive autem quidam hunc locum dixerunt templum, quod honorabilius templo existeret. Cæterum quæ in domo sunt, fiunt tota aurea, in signum, quod mens omnino perfecta accuratam discretionem habeat rerum, quæ mente percipiuntur; quæ quoniam

και γνωςα, οἰκοδομειται καταπετασμα της αὐλης, τοις πολλοις των ἱερεων, και λευιτων ὑκ ἀποκαλυπτομενον των ἐνδοτατω.

Αξιον δε ζητησαι πως ὡς μεν βασιλευς Σολομων και οἰκοδομειν τον ναον λεγεται, ὡς δ' ἀρχιτεκτων ὁν ἐλαβεν ἀποςειλας ὁ Σολομων Χειραμ ἐκ Τυρυ, υἱον γυναικος χηρας. και ὑτος ἀπο της φυλης Νεφθαλειμ, και ὁ πατηρ αὐτυ Τυριος, τεκτων χαλκυ, και πεπληρωμενος της συνεσεως, και ἐπιγνωσεως, τυ ποιειν παν ἐργον ἐν χαλκῳ, ὁς εἰσηχθη προς τον βασιλεα Σολομων, και ἐποιησε παντα τα ἐργα. ἐφιςημι δε μηποτε ὁ μεν Σολομων εἰς τον πρωτοτοκον πασης κτισεως λαμβανεσθαι δυναται, ὁ δε Χειραμ εἰς ὁν ἀνειληφεν ὑτος ἀνθρωπον ἀπο της των ἀνθρωπων συνοχης (Τυριοι γαρ ἑρμηνευονται συνεχοντες) τῃ φυσει το γενος ἐχοντα, ὁςις πεπληρωμενος πασης τεχνης, και συνεσεως και ἐπιγνωσεως, εἰσηχθη, συνεργων τῳ πρωτοτοκῳ πασης κτισεως, ἱνα οἰκοδομηση τον ναον, ἐν ᾧ και θυριδες παρακυπτομεναι κρυπται κατασκευαζονται, προς τας ἐλλαμψεις τυ φωτος τυ Θευ σωτηριως δυνηθηναι χωρησαι, και τι με δει λεγειν καθεκαςον, ἱνα ἑυρεθῃ το σωμα Χριςυ ἡ ἐκκλησια τον λογον ἐχυσα τυ πνευματικυ οἰκυ, και ναυ τυ Θευ; ὡς γαρ προειπον της ἐν μυςηριῳ αποκεκρυμμενης δεομεθα σοφιας χωρητης τυγχανυσης μονῳ τῳ δυναμενῳ εἰπειν· ἡμεις δε νυν Χριςυ ἐχομεν, ἱνα κατα το βυλημα τυ οἰκονομησαντος ταυτα γραφηναι πνευματικος ἐκλαβωμεν ἑκαςον των εἰρημενων. ἀλλως δε και ὑ κατα το παρον ἐςιν ἀναγνωσμα ἑκαςον τυτων ἀναπλωσαι. και ταυτα ὑν αὐταρκη προς το ἰδειν πως ἐκεινος δε ἐλεγεν περι τυ ναυ τυ σωματος αὐτυ.

Αξιον δε μετα ταυτα ἰδειν εἰ δυνατον τα ἱςορυμενα γεγονεναι κατα τον ναον συμβεβηκεναι ποτε, ἡ συμβησεσθαι περι τον πνευματικον οἰκον. δοξει δε ὁ λογος θλιβειν ἑκατερωθεν· εἰ τε γαρ ἐρυμεν οἱον τε γενεσθαι, ἡ

γεγονεναι

omnino pervia & cognoſcibilia non ſunt, fabricatur velamen aulæ, penitiſſimis non retectis Levitarum & Sacerdotum compluribus.

